

www.e-rara.ch

Biblia Veteris ac Novi Testamenti

Pagnini, Sante

Basileae, 1564

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-1502>

Secundus liber Paralipomenon

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

25 Et magnificauit Iehouáh wSelomóh excel-
lenter in oculis totius Iwfraxelis: deditque illi
gloriam regni, qualis non fuit vlli Regi ante
eum, super Iwfraxelem.

3. Reg. 2. b. 11 26 Porro Dauid filius Iwíaf regnauit super vni-
G uersum Iwfraxelem.

27 Dies autem quibus regnauit super Iwfraxe-
lem, quadraginta anni: in nHebrón regnauit
septem annis, in Ieruwíaláim uero regnauit
trigintatribus annis.

28 Atque mortuus est in senectute bona, satur
diebus, diuitiis, & gloria: regnauitque wSelo-
móh filius eius pro eo.

29 Gesta autem Dauidis Regis priora & poste-
riora, ecce ipsa scripta sunt in uerbis wSemu-
uel Videntis, & in uerbis Nathán Prophetæ,
& in uerbis Gad Videntis,

30 Cum omni regno eius, & fortitudine eius,
& tēporibus quę transferunt super eum, & su-
per Iwfraxelē, & super vniuersa regna terrarū.

Secundus liber Paralipomenon.

NOVA EX HEBRAEO TRALATIO.

CAPVT I.

3 Tabernaculum in Gabaon. 6 Oblatio Salomonis. 7 Deus
hortatur Salomonem, ut ab ipso petat quod uelit. 10 Salomon
petit a Deo sapientiam & scientiam ad dirimendas lites populi
13 Numerus currum & equum Salomonis. 15 Argenti, auri,
& cedrorum maxima copia Ierosolymis regnante Salomone.

3. Reg. 3. d. 1



ROBORATUS est au-
tem wSelomóh filius Da-
uidis in regno suo, & Ie-
houáh Deus eius fuit cum
eo, magnificauitq; eum
in excelsum.

2 Dixitque wSelomóh
vniuerso Iwfraxeli, & tri-
bunis, & ceterionibus, & iudicibus, & omni-
bus ducibus qui erant super Iwfraxelem, & prin-
cipibus familiarum.

3 Profecti sunt itaque wSelomóh & vniuersus
ille cœtus cum eo in excelsum quod erat in
Gibwón: ibi enim erat tabernaculum ecclesię
Dei, quod fecerat Mowíeh famulus Iehouę in
deserto.

4 Sed arcam Dei ascendere fecerat Dauid de
Ciriáth-ieyarim, quum pręparasset ei locum
Dauid: extenderat enim ei tabernaculum in
Ieruwíaláim.

Exod. 28. d. 1

5 Et altare æneum quod fecerat Bersalxél fi-
lius wVri filij nHur, erat ibi coram tabernacu-
lo Iehouæ: & requisitum illud wSelomóh &
cœtus ille.

6 Obtulit autem wSelomóh illic super altare
æneum coram Iehoua, quod erat in taberna-
culo ecclesię, obtulit inquam super illud ho-
locausta mille.

7 In nocte ipsa apparuit Deus ipsi wSelomóh,
dixitque ei, Postula quod dem tibi.

8 Et dixit wSelomóh Deo, Tu fecisti cum Da-
uide patre meo misericordiam magnam, &
constituisti me Regem pro eo.

3. Reg. 3. b. 9

9 Nunc ergo ó Iehoua Deus, stabile sit uerbum
tuum quod loquutus es cum Dauide patre meo:
tu enim constituisti me Regem super popu-
lum multum, sicut puluerem terrę.

1. Par. 28. d. 1

10 Nunc itaque sapientiam & scientiam da mi-
hi, ut egrediar coram populo isto & ingrediar:
Sap. 9. b. 7

11 quis enim iudicabit populū tuū istū magnū?
12 Tum respondit Deus ipsi wSelomóh, Pro-
pterea quod fuit istud in corde tuo, & non po-
stulasti diuitias, opes, & gloriam, & animas
odio habentium te, nec etiam dies multos po-
stulasti, sed postulasti tibi sapientiam & scien-
tiam ut iudices populum meum super quem
constitui te Regem:

12 Sapientia & scientia data est tibi: diuitias
autem, & opes, & gloriā dabo tibi, ut non

fuerit sic Regibus qui fuerunt ante te, & post
te non erit sic.

13 Venit autē wSelomóh ab excelso quod erat D
in Gibwón in Ieruwíaláim a conspectu taber- 3. Regum 10.
uaculi ecclesię, & regnauit super Iwfraxelem. d. 28

14 Congregauitq; wSelomóh currus & equi-
tes: fueruntque ei mille quadringenti currus,
& duodecim millia equitum, quos collocauit
in urbibus curruū, & cū Rege in Ieruwíaláim.

15 Prębuitque Rex argērum & aurum in Ieru-
wíaláim tāquam lapides: & cedros dedit tan-
quam sycemeros quę crescunt in campestribus 3. Regum 11.
in multitudine. d. 26

16 Et egressus equorū qui erant ipsi wSelomóh,
erat ex Ægypto: nam congregatio mercato-
rum Regis accipiebant cōgregationem equo-
rum pretio.

17 Cæterum ascendebant, & educebant ex Æ-
gypto quadrigas pro sexcētis argēteis, equum
uero pro cētum & quinquaginta: & sic omnes
Reges nHitthæorum & Reges Arám per ma-
num eorum educebant.

CAPVT II.

2 Artifices Salomonis. 3 Mittit Salomon ad Hiram regem Tyræ
pro lignis & artificibus. 6 Templum edificatum, ut in eo thūs
Deo incenderetur. 7 Petit sibi dari artifices. 11 Hiram pro-
mittit ligna Salomoni. 12 Regem sapientem cōstituit super popu-
lum a se dilectum Deus. 17 Numerus artificum.

1 Dixit autem wSelomóh quod edificaret
domum nomini Iehouæ, & domum
regno suo.

2 Numerauitq; wSelomóh septuaginta millia
virorum baiulorum, & octoginta millia viro-
rum cædentium in monte, & prępositorum
super eos tria millia & sexcentos.

3 Et misit wSelomóh ad nHurám Regē wSor, 3. Reg. 5. d. 1
dicendo, Sicut fecisti cum Dauide patre meo,
cui misisti cedros ut edificaret sibi domum in
qua habitaret:

4 Ecce ego ædifico domum nomini Iehouæ
Dei mei, ad sanctificandum eam illi, & ad ado-
lendum coram illo incensum aromaticum, &
ut disponam dispositionem iugem, & holocau-
sta mane & uesperis in sabbathis, & Calendis,
& solennitatibus Iehouæ Dei nostri: in secu-
lum hoc est super Iwfraxelem.

5 Domus autem quam ædifico, magna est: ma-
gnus est enim Deus noster prę omnibus diis. B

6 Et quis obtinebit vires ad ædificandum ei
domum? si cælum & cæli cælorum non com-
prehendunt eum, & quis ego sum ut ædificem
ei domum? sed ad suffundendum coram eo.

7 Nunc igitur mitte mihi virum sapientē qui
sciat operari in auro & argēto, & arte, & ferro,

- & purpura, & coccino, & hyacintho, quique sciat scalpere sculpturas cum sapientibus qui sunt mecū in Iehudāh & in Ierusalāim, quos pręparauit Dauid pater meus.
- 8 Mitte pręterea mihi ligna cedrina, & abiegna, & coralia de Lebanon: noui enim quod serui tui sciunt cędere ligna Lebanon, & ecce serui mei erunt cum seruis tuis,
- 9 Ut pręparęt mihi ligna quamplurima: quia domus quam ego ędifico, magna est & mirabilis.
- 10 Et ecce cęsoribus, cęsoribus *inquam* lignorum dedi tritici contusi seruis tuis cororum viginti millia, & hordei cororum viginti millia, & vini batorum vigintia millia, & olei batorum viginti millia.
- C Dixit autę nHuram rex rSor per scripturam quam misit ad wSelomoh, Eo quod dilexit Iehouah populum suum, posuit te super eos Regem.
- 12 Rursus dixit nHuram, Benedictus Iehouah Deus Iwfrælis, qui fecit cęlum & terram: qui dedit Dauidi Regi filium sapientem, cognoscentem, pręditum intellectu & prudentia, ut ędificet domū Iehouę & domum regno suo.
- 13 Idcirco nunc misi virum sapientem, prudentem, qui erat nHuram patris mei,
- 14 Filium mulieris de filiabus Dan, pater autem eius erat rSoręus, sciętem operari in auro & argento, in ęre, ferro, lapidibus & lignis, in purpura, hyacintho, & bysso, & coccino, & scalpere omnem cęlaturam, & excogitare omnem cogitationem quę dabitur ei cum sapientibus tuis & sapientibus domini mei Dauidis patris tui.
- D Nunc ergo triticum & hordeum, oleum & vinum, quę dixit dominus meus, mittat seruis suis:
- 16 Nos verō cędemus ligna de Lebanon prout opus fuerit tibi: adducemusque ea tibi ratibus ad mare Iapho, tu autem deportanda curabis ea in Ierusalāim.
- 17 Numerauit igitur wSelomoh omnes viros peregrinos qui erant in terra Iwfrælis post dinumerationem illam qua dinumerauit eos Dauid pater eius, inuentique sunt centum & quinquaginta millia, atq; tria millia sexcenti.
- 18 Fecitque ex eis septuaginta millia baiulorum, & octoginta millia cęsorum in monte: tria item millia & sexcętos qui pręfecti erant ad faciendum operari populum.

CAPVT III.

1 Templum ędificatur. 17 Iachin. Booꝝ.

3. Reg. 6. 4. 1 Cępit itaque wSelomoh ędificare domum Iehouę in Ierusalāim in monte Moriah, qui monstratus fuerat Dauidi patri eius, in loco quem pręparauerat Dauid in area Ornān Iebusęi.
2. Reg. 24. c. 18
1. Par. 21. c. 18 2 Cępit *inquam* ędificare mense secundo, die secundo, anno quarto regni sui.
- 3 Et istę sunt diuisiones quibus fundatus est wSelomoh ad ędificandum domum Dei. longitudo, cubitorum in mensura prima, erat cubitorum sexaginta, & latitudo cubitorū viginti.
- 4 Et porticus quę erat ante longitudinem ipsam, ante latitudinem domus, erat cubitorum viginti: altitudo verō centum & viginti, obduxitq; eam intrinsecus auro puro.

- 5 Domum autem magnam texit ligno abietum, quod texit auro optimo, & ascendere fecit super illud palmas & catenas.
- 6 Texit item domum lapide pretioso ad gloriam: aurum autem erat aurum ex Paruaim.
- 7 Obduxit *inquam* domum, trabes, postes & parietes eius, & ostia eius, auro: sculpsitque Cherubim in parietibus.
- 8 Fecit & domū Sanctitatis sanctitatum: cuius longitudo erat secundum latitudinem domus cubitorum viginti: & latitudo eius erat cubitorum viginti: obduxitque eam auro optimo talentis sexcentis.
- 9 Pondus autem clauorum, wseclorum quinquaginta auri erat, & cęnacula obtexit auro.
- 10 Fecit autę in domo Sanctitatis sanctitatum Cherubim duos, opere *instar duorum* puerorum quos obduxit auro.
- C Alarum verō Cherubim longitudo erat cubitorum viginti: ala vna cubitorum quinque, attingebat parietem domus: & ala altera cubitorum quinque, attingebat alam Cherub alterius.
- 12 Atque ita ala Cherub vnus, cubitorū quinque, tangebatur parietē domus: & ala altera cubitorum quinque, coniuncta erat alę Cherub alterius.
- 13 Alę itaque Cherubim istorum expansę erant cubitorum viginti: & ipsi stabant super pedes suos, & facies eorum erat uersa in domum.
- 14 Fecit pręterea velū ex hyacintho, & purpura, & cocco, & bysso: & aptauit ei Cherubim.
- D 15 Fecit item ante domum columnas duas cubitorum trigintaquinque in longitudine: & capitellum quod erat super caput eius, cubitorum quinque.
- 16 Fecit & catenas sicut in Oraculo, & posuit super caput illarum columnarum: fecitq; malogranata centum, quę posuit in illis catenis.
- 17 Statuit autę columnas illas ante templum, vnā a dextera, & alteram a sinistra: vocauitque nomen dexterę, Iachin: & nomen sinistra, Bōyaz.

CAPVT IIII.

1 Fabricatio altaris holocausti. 2 Mare fusile. 4 Boues xij. fustiles. 6 Conche decem. 7 Candelabra decem. 8 Mense decem: 9 Phiala centum. 9 Atrium sacerdotum: 10 Basilica grandis quę ę atrium maius seu atrium populi, 19 Altare thymiamatis aureum.

- 1 Fecit autem altare ęneum: viginti cubitorum longitudo eius, & viginti cubitorum latitudo eius, decem verō cubitorum altitudo eius.
3. Reg. 7. 6 2 Fecit quoque mare fusile: decem cubitorum a labro eius vsque ad labrum eius, rotundum in circuitu: & quinq; cubitorum altitudo eius, lineęque triginta cubitorum ambiebat illud per circuitum.
- 3 Similitudo quoque boum erat subter illud per circuitum, qui circundabant illud decem cubitis, ambientes mare per circuitum. duo ordines erant boum fusorum in fusione illius.
- 4 Stabat super duodecim boues: tres respiciebant ad Aquilonem, & tres respiciebant ad Occidentem, tres autem respiciebant ad Meridiem, & tres respiciebant ad Orientem: erātq; mare super eos desuper. omnia autem posteriora eorum erant intrinsecus.
- 5 Porro

- B** 5 Porro crassities eius erat palmi vnus: & labium eius sicut opus labij calicis & floris lilij: comprehendebat baros aliquot, tria millia barorum capiebat.
- 6 Fecit insuper conchas decem, & posuit quinque à dextera & quinque à sinistra, ad lauandum in eis opus holocausti: lauare solebat in ipsis: & mare, vt lauarent sacerdotes in eo.
- 7 Fecit præterea candelabra aurea decem, secundum normam eorum: & posuit in templo, quinque à dextera, & quinque à sinistra.
- 8 Fecit deinde mensas decem, quas posuit in templo, quinque à dextera, & quinque à sinistra: & fecit crateras aureas centum.
- C** 9 Fecit quoque atrium sacerdotum, & atrium magnum, & ostia ipsi atrio, ostiaque eorum obduxit ære.
- 10 Porro mare posuit à latere dextro ad Orientem contra Meridiem.
- 11 Fecit insuper in Huram lebetes, & scopas, & pelues: compleuitque in Huram facere opus quod fecerat Regi in Selomoh pro domo Dei:
- 12 Colunas duas, & funiculos, & capitella super caput columnarum duarum, & retiacula duo ad operiendum duos funiculos capitellorum quæ erant super caput columnarum.
- 13 Et malogranata quadringenta in duobus retiaculis: duo ordines malogranatorum erant vnique retiaculo ad operiendum duos funiculos capitellorum quæ erant in fastigio columnarum.
- 14 Bases fecit, conchas quoque fecit super bases.
- 15 Mare vnũ, & boues duodecim subter illud.
- 16 Lebetes item, & scopas, & tridentes, & omnia instrumenta eorum fecit in Huram pater eius Regi in Selomoh pro domo Iehouæ ex ære mundo.
- D** 17 In regione Iardén fudit ea Rex in densitate terræ inter Suchoth & Saredatha:
- 18 Fecit autem in Selomoh omnia hæc vasa in magna copia valde: non enim inuestigabatur pondus æris.
- 19 Fecit ergo in Selomoh omnia vasa quæ erant domus Dei: & altare aureum & mensas super quas ponebantur panes facierum:
- 20 Et candelabra, & lucernas eorum, vt ardere facerent ea iuxta ordinem ante ipsum Oraculum ex auro repurgato.
- 21 Flores quoque, & lucernas, & forcipes ex auro, ipsum erat perfectum aurum.
- 22 Et psalteria, & pelues, & cochlearia, & acertas ex auro puro: ostium insuper domus, fores eius interiores Sancti sanctorum, & ostia domus quæ erant in templo, ex auro.

CAPVT V.

1 Salomon infert quæ dicauerat pater, in templum Dei, & arcam in locum suum. 5 Arca infertur in Sancta sanctorum. 10 Quid in arca. 13 Bonus & misericors Deus. Gloria Domini templum replet.

3. Reg. 7. 8. 51. 8. 4. 1

- 1 Perfectum est autem opus quod fecit in Selomoh pro domo Iehouæ: & intulit in Selomoh sanctificationes Dauidis patris sui: argentum item, & aurum, atque omnia vasa posuit in thesauris domus Dei.
- 2 Tunc congregauit in Selomoh seniores Iſrahel, & omnes principes tributum, principes familiarum de filiis Iſrahel, in Ierusalem, vt ascendere facerent arcam fœderis Ie-

- houæ à Ciuitate Dauidis, ipsa est Sion.
- 3 Congregati sunt itaque ad Regem omnes viri Iſrahel in solennitate quæ est mense septimo.
- 4 Veneruntque omnes seniores Iſrahel, portaueruntque Leuitæ arcam.
- 5 Et ascendere fecerunt arcam, & tabernaculum ecclesiæ, atque omnia vasa sanctitatis quæ fuerant in tabernaculo, ascendere inquam fecerunt ea sacerdotes & Leuitæ.
- 6 Rex autem in Selomoh, & vniversus cœtus Iſrahel, qui conuenerant ad eum, ante arcam immolabant pecudes, & boues, qui non numerabantur neque recensentur præ multitudine.
- 7 Et introduxerunt sacerdotes arcam fœderis Iehouæ in locum suum in Oraculum domus in Sanctitatem sanctitarum subter alas Cherubim.
- 8 Cherubim autem expandebant alas super locum arcæ: tegebantque Cherubim arcam, & vestes eius desuper.
- 9 Et extraxerunt vestes, apparebantque capita vestium ab arca coram Oraculo, & non apparebant foris. fuitque ibi vsque ad diem hanc.
- 10 Non erant in arca nisi duæ tabulæ quas posuit Moyses in Horé, quando pepigit Iehouah fœdus cum filiis Iſrahel, quando egressi sunt ex Aegypto.
- 11 Fuit autem, quum egressi essent sacerdotes de Sanctitate, (omnes enim Sacerdotes qui inuenti sunt, sanctificauerant se, nec licebat obseruare classes:
- 12 Neque Leuitæ cantores ex omnibus, de Asaph, de Hemán, de Ieduthún, & de filiis eorum, & de fratribus eorum, induti erant bysso, cum cymbalis, & psalteriis, & citharis stantes ad Orientem altaris: & cum illis Sacerdotes centum & viginti, clangentes tubis:
- 13 Erantque tanquam vnus, clangentes, & cantantes ore, vt ederent vocem vnã, laudando & celebrando Iehouam: & quum attollebant vocem cum tubis & cymbalis & instrumentis musicis, & quum laudarent Iehouam, Quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius) tunc domus implebatur nube, domus inquam Iehouæ.
- 14 Neque poterant Sacerdotes stare ad ministrandum propter nubem: impleuerat enim gloria Iehouæ domum Dei.

CAPVT VI.

3 Salomon benedicit congregationi. 4 Gratias agit Deo, quod promissionem Dauidi factam compleuerit. 13 Basis anea. Basilica. 14 Oratio Salomonis vt exaudiantur orantes in templo. 16 Promissiones & misericordie Dei, diligentibus ipsum. 22 Iuramentum. 24 Bellum. 26 Pluuia. 27 Doctor Deus. 28 Fames. Pestilentia. 30 Corda solus Deus nouit. 32 Alienigena. 34 Bellatores orantes vicloriam. 36 Peccatores omnes. 38 Confessio. 41 Salus. 44 Misericordia.

- 1 Tunc dixit in Selomoh, Iehouah dixit quod habitaret in caligine.
- 2 Ego autem ædificauí domum habitaculi tibi, & locum habitationi tuæ in secula.
- 3 Conuertit itaque Rex faciem suam, ac benedixit vniverso cœtui Iſrahel: (omnis autem cœtus Iſrahel stabat.)
- 4 Et ait, Benedictus Iehouah Deus Iſrahel qui locutus est ore suo Dauidi patri meo, & ma-

3. Reg. 8. 6. 12

- & manibus suis compleuit, dicendo,
- 5 A die qua eduxi populum meum e terra Ægypti, non elegi ciuitatem e cunctis tribubus Iſrahelis ad ædificandum domum, vt eſſet nomen meum ibi, nec elegi virum vllum vt eſſet dux ſuper populum meum Iſrahalem:
- 6 Sed elegi Ieruſalaim, vt eſſet nomẽ meum ibi: elegi Dauidem vt eſſet ſuper populum meum Iſrahalem.
- 7 Fuit autem in corde Dauidis patris mei vt ædificaret domum nomini Iehouæ Dei Iſrahelis.
- B 8 At Iehouáh dixit Dauidi patri meo, Quod fuit in corde tuo ædificare domum nomini meo, benefeciſti, quod fuerit in corde tuo.
- 9 Veruntamen tu non ædificabis domum, ſed filius tuus qui egredietur de lumbis tuis, ipſe ædificabit domum nomini meo.
- 10 Cõfirmauitq; Iehouáh verbum ſuum quod loquutus fuerat: & ſurrexi pro Dauide patre meo, & ſedi ſuper thronum Iſrahelis, ſicut loquutus eſt Iehouáh, & ædificaui domum nomini Iehouæ Dei Iſrahelis.
- 11 Poſuiq; ibi arcam illam in qua eſt fœdus Iehouæ quod pepigit cum filiis Iſrahelis.
- 12 Conſtitit autem coram altari Iehouæ ex aduerſo totius cœtus Iſrahelis, & expandit manus ſuas:
- 13 (Fecerat enim ſelomóh ſuggeſtum inſtar conchæ æneum, poſuerátque illud in medio atrij: quinque cubitorum longitudo eius, & quinque cubitorum latitudo eius, & cubitorum trium altitudo eius: & ſtetit ſuper illud, ac flexit genua ſua ex aduerſo totius cœtus Iſrahelis, & expandit palmas ſuas ad cælum.)
2. Mac. 2. c. 10 14 Ac dixit, Iehoua Deus Iſrahelis, non eſt ſimilis tibi Deus in cælo & in terra, cuſtodians pactum & miſericordiam ſeruis tuis ambulantibus coram te toto corde ſuo.
- C 15 Qui cuſtodisti ſeruo tuo Dauidi patri meo quod loquutus es ei: loquutus es ore tuo, & manu tua impleſti ſecundum diem hanc.
- 16 Nunc ergo ò Iehoua Deus Iſrahelis, præſta ſeruo tuo Dauidi patri meo quod loquutus es ei, dicendo, Non excidetur tibi vir à facie mea qui ſedeat ſuper thronum Iſrahelis, ſi modò cuſtodierint filij tui viam ſuam, *quæ eſt vt ambulent in Lege mea, quemadmodum ambulasti coram me.*
- 17 Nunc inquam ò Iehoua Deus Iſrahelis, confirmetur verbum tuum quod loquutus es ſeruo tuo Dauidi.
- 18 (Sed num verè habitabit Deus cum homine ſuper terram? ecce, cælum & cæli cælorum non capiunt te, quanto minus domus hæc quam ædificaui?)
- 19 Et reſpicias ad orationem ſerui tui & ad deprecationẽ eius ò Iehoua Deus mi, exaudiendo clamorem & orationem quam ſeruus tuus orat coram te.
- 20 Vt ſint oculi tui aperti ſuper domum iſtam die ac nocte, ſuper locum de quo dixiſti quod poneres nomen tuũ ibi, vt audias orationem quam orabit ſeruus tuus in loco iſto:
- D 21 Atque exaudias deprecationem ſerui tui & populi tui Iſrahelis, quam orauerint in loco iſto, tu inquam, exaudias e loco habitationis tuæ, *id eſt e cælo*, exaudias inquam, & parcas.
- 22 Quum peccauerit quiſpiam in proximum ſuum, & detulerit illi iuramentum, ita vt faciat iurare eum, veneritque iuramentum coram altari tuo in domo iſta:
- 23 Tu audias de cælo, & facias & iudices ſeruos tuos, reddẽdo impio, dando viam eius in caput eius: & iuſtificando iuſtum, dando ei ſecundum iuſtitiam ſuam.
- 24 Et quum cæſus fuerit populus tuus Iſrahel coram inimico, quod peccauerint tibi, & conuerſi fuerint, & confeſſi fuerint nomen tuum, orauerintque, ac deprecati fuerint coram te in domo hac:
- 25 Tu audias de cælo, & parcas peccato populi tui Iſrahelis, & reducas eos ad terram quam dediſti eis & Patribus eorum.
- 26 Quando clauſum fuerit cælum, & non fuerit pluuia, quod peccauerint tibi, & orauerint in loco iſto, confeſſique fuerint nomini tuo, & à peccato ſuo reuerſi fuerint quando afflixeris eos:
- 27 Tu exaudias de cælo, & parcas peccato ſeruatorum tuorum & populi tui Iſrahelis, quum docueris eos viam bonam per quam ambulent, & dabis pluuiam ſuper terram tuã quam dediſti populo tuo in hæreditatem.
- 28 Fames ſi fuerit in terra, *aut* peſtis quum fuerit, *aut* ariditas: & robigo, locuſta & bruchus quum fuerit, *aut* quum obſederit eum inimicus eius in terra portarum ſuarum, quæcunq; plaga, & quæcunq; infirmitas:
- 29 Quæcunq; oratio, *aut* quæcunq; deprecatio quæ ſuſcepta fuerit à quocunq; homine, *aut* ab vniuerſo populo tuo Iſrahale, quũ agnouerit quiſque plagam ſuam, & dolorem ſuum, & expandit manus ſuas in domo iſta:
- 30 Tu exaudias de cælo, habitaculo ſeſſionis tuæ, & parcas, ac des vnicuiq; iuxta vias ſuas: quia noſti cor eius (tu enim ſolus noſti cor filiorum hominum)
- 31 Vt timeant te, vt ambulent in viis tuis, omnibus diebus quibus vixerint ſuper faciem terræ quam dediſti Patribus noſtris.
- F 32 Quinetiam alienigenam qui non eſt de populo tuo Iſrahale, qui venerit e terra longinqua propter nomen tuũ magnum, & manum tuam robuſtam, & brachium tuum extẽtum: venerint inquam, & orauerint in domo iſta:
- 33 Tu exaudias de cælo, habitaculo ſeſſionis tuæ: faciãſque iuxta omnia pro quibus inuocauerit te alienigena: vt ſciant omnes populi terræ nomen tuum, & timeant te ſicut populus tuus Iſrahel, & cognoscant quod nomen tuum inuocatum ſit ſuper domum hæc quam ædificaui.
- 34 Si egreſſus fuerit populus tuus ad bellum cõtra inimicos ſuos per viam qua miſeris eos: & orauerint ad te *uerſus* viam ciuitatis huius quam elegiſti, & *uerſus* domum quam ædificaui nomini tuo:
- 35 Exaudias de cælo orationem eorum, & deprecationem eorũ, & facias iudicium eorum.
- 36 Si peccauerint tibi (non eſt enim homo qui non peccet) & iratus fueris contra eos, traderiſque eos coram inimico, & captiuos duxerint eos, qui ceperint eos, in terram longinquam vel propinquam:
- 37 Et reuerſi fecerint ad cor ſuum in terra in quã captiui ducti ſunt, atq; conuerſi, deprecati fuerint te in terra captiuitatis ſuæ, dicendo, Pecca
- Infrã 20. b. 9
3. Regum 8. c. 46
- Ecc. 7. c. 21
1. Ioan. 1. d. 8
- G

Peccauimus, iniquè egimus, & impiè egimus.
 38 Conuersi inquam fuerint ad te toto corde suo & tota anima sua in terra captiuitatis suæ ad quæ captiuos duxerint eos, & orauerint uersus viam terræ suæ quam dedisti Patribus eorum, & uersus ciuitatem quam elegisti, & domum quam ædificauit nomini tuo:

39 Exaudias de cælo, de habitaculo sessionis tuæ orationem eorum, & deprecationes eorum, & facias iudicium eorum, parcâsque populo tuo qui peccauerint tibi.

40 Nunc ergo Deus mi, sint quæso oculi tui & aures tuæ intentæ ad orationem in loco isto factam.

Psal. 131. b. 8

41 Nunc inquam surge ô Iehoua Deus in requiem tuam, tu & arca fortitudinis tuæ: Sacerdotes tui ô Iehoua Deus, induantur salute, & sancti tui lætentur in bono.

42 O Iehoua Deus, ne auertas faciem christi tui, memento misericordiarum Dauidis serui tui.

CAPVT VII.

1 Ignis deuorat sacrificium in dedicatione templi. 3 Bonus & misericors Deus. 6 Misericordia Dei. 9 Fit ingens solennitas. 12 Exaudit Dominus orationem Salomonis. 13 Pluuia. Locusta. Pestilentia. 14 Penitentia. Sanare terram. 19 Conuertere ad idola.

8. Mac. 2. c. 10

1 Quùmque finem fecisset wSelomoh orandi, ignis descendit è cælo, & absumpsit holocaustum atque uictimas, & gloria Iehouæ repleuit domum.

2 Et non poterat Sacerdotes ingredi domum Iehouæ, quia repleuisset gloria Iehouæ domum suam.

3 Omnes autem filij Iwfraxelis uidebat quom descenderet ignis & gloria Iehouæ super domum: & incuruauerunt se in faciem in terram super pauimentum, & adorauerunt, ac laudauerunt Iehouam, Quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.

4 Rex uero & uniuersus populus immolabant uictimam coram Iehoua.

3. Reg. 8. g. 63

5 Immolauit itaque Rex wSelomoh uictimam, boum uigintiduo millia, & ouium centum & uiginti millia, dedicaueruntque domum Dei Rex atque uniuersus populus.

6 Sacerdotes autem in custodiis suis stabant: Leuitæ quoque cum instrumentis musicis Iehouæ, quæ fecerat Dauid Rex ad celebrandum Iehouam, Quoniam in seculum misericordia eius, dum laudaret Dauid per manum eorum: Sacerdotes uero canebat tubis e regione ipsorum, & uniuersus Iwfraxel stabant.

B 7 Sanctificauit præterea wSelomoh medium atrij illius quod erat ante domum Iehouæ: fecit enim ibi holocausta & adipem pacificorum: quia altare æneum quod fecerat wSelomoh, nõ poterat capere holocaustum, & mintham, & adipem.

8 Fecitque wSelomoh solennitatem tempore illo septem diebus, & uniuersus Iwfraxel cum eo, cætus magnus ualde, ab ingressu nHamath usque ad torrentem Ægypti.

9 Fecerunt autem in die octauo collectam. dedicationem enim altaris fecerunt septem diebus, & solennitatem septem diebus.

10 Die autem uicesimatertia mensis septimi dimisit populum ad tabernacula sua lætos & hilares corde, super bono quod fecerat Iehouah

Dauidi, & wSelomoh, et Iwfraxeli populo suo.

11 Compleuit autem wSelomoh domum Iehouæ & domum regiam: uniuersumque quod uenerat in cor eius ut faceret in domo Iehouæ, & in domo sua, prosperè fecit.

3. Reg. 9. d. 1

12 Apparuit autem Iehouah ipsi wSelomoh nocte, & ait ei, Audiui orationem tuam, & elegi locum istum mihi in domum sacrificij.

C Deut. 12. d. 5

13 Si clausero cælum, ut non sit ulla pluuia, & si præcepero locustæ ut deuoret terram, si item misero pestilentiam in populum meum:

14 Humiliauerintque sese populus meus super quos inuocatum est nomen meum, & orauerint, & exquiserint faciem meam, conuersique fuerint à uis suis malis: ego quoque exaudiam de cælo, & parcam peccato eorum, & sanabo terram eorum.

15 Nunc oculi mei erunt aperti, & aures meæ intentæ ad orationem loci huius.

16 Nunc uero elegi & sanctificauit domum hanc, ut sit nomen meum ibi usque in seculum: eruntque oculi mei & cor meum ibi cunctis diebus.

17 Et tu si ambulaueris coram me sicut ambulauit Dauid pater tuus, ita ut facias iuxta omnia quæ præcepi tibi, & statuta mea iudiciisque meâ custodieris:

18 Tunc stabiliam solium regni tui, quemadmodum pepigi fœdus cum Dauide patre tuo, dicendo, Non succideretur tibi uir dominans in Iwfraxele.

D

19 Quod si auersi fueritis uos, & dereliqueritis statuta mea, & præcepta mea quæ dedi coram uobis, & abeuntes serueritis diis alienis, incuruaueritisque uos illis:

20 Euellam eos è terra mea quam dedi eis: domum autem istam quam sanctificauit nomini meo, proiciam à facie mea, & dabo eam in parabolam & in prouerbium cunctis populis.

21 Atque domus ista quæ fuit excelsa omni transeunti per eam, erit stupori, & dicet, Propter quid fecit Iehouah sic terræ huic & domui huic?

22 Tunc respondebunt, Eo quod dereliquerunt Iehouam Deum Patrum suorum, qui eduxit eos è terra Ægypti, & apprehenderunt deos alienos, adoraueruntque eos, & seruerunt eis: idcirco inquam adduxit super eos omne malum hoc.

CAPVT VIII.

2 Aedificat Salomon ciuitates quas dederat Hiram. 7 Populi facti Salomoni tributarij. 14 Dauid homo Dei. 18 Mittit Salomon in Ophir.

1 Fuit autem, in fine uiginti annorum quibus aedificauit wSelomoh domum Iehouæ, & domum suam:

3. Reg. 9. d. 10

2 Ciuitates quas dederat nHiram ipsi wSelomoh aedificauit wSelomoh, & habitare fecit illic filios Iwfraxelis.

3 Profectus est deinde wSelomoh in nHamath & Sobah, & præualuit ei.

4 Et aedificauit Thadmor in deserto, & uniuersas vrbes thesaurorum quas aedificauit in nHamath.

5 Aedificauit præterea Beth-nhoron superiorem & Beth-nhoron inferiorem, ciuitates munitionis muris, portis, & uectibus:

6 Bayalath item, & omnes vrbes thesaurorum quæ erant ipsi wSelomoh, & omnes vrbes quadri

quadrigarum, & vrbes equitum, & omne beneplacitum **W**Selomoh quod complacuit edificare in Ierusalaim, & in Lebanon, & in vniuersa terra dominij sui.

B 7 Omne populum qui remaserat de Hitheis, & Emorais, & Perizais, & Hiuais, & Iebusais, qui non erant de Iusraele,

8 De filiis eorum qui remanserant post eos in terra, quos non consumpserant filij Iusraelis. fecit tributarios **W**Selomoh vsque ad diem hanc.

9 De filiis vero Iusraelis non posuit **W**Selomoh seruos in opere suo: ipsi enim erant viri bellatores, & principes principum eius, & principes curruum eius, & equitum eius.

10 Ipsi autem sunt principes prefectorum qui erant Regi **W**Selomoh, ducenti & quinquaginta, qui dominabantur populo.

11 Caeterum filiam Paroh ascendere fecit **W**Selomoh de Ciuitate Dauidis in domum quam edificauerat ei: dixit enim, Non habitabit vxor mea in domo Dauidis Regis Iusraelis: nam sanctitas sunt, quia ingressa est in eam arca Iehoua.

C 12 Tunc obtulit **W**Selomoh holocausta Iehoua super altare Iehoua, quod edificauerat ante porticum:

13 Et per singulos dies vt offerrent iuxta preceptum Moseh in sabbathis, & Calendis, & solenitatibus, tribus vicibus per annum, nempe in solennitate fermentatorum, & in solennitate hebdomadam, & in solennitate Tabernaculorum.

14 Et constituit iuxta ordinem Dauidis patris sui diuisiones Sacerdotum in ministerio suo, & Leuitas in custodiis suis, vt laudarent & ministrarent coram Sacerdotibus per singulos dies, & ianitores in diuisionibus suis ad singulas portas: sic enim erat preceptum Dauidis viri Dei.

D 15 Nec declinauerunt a precepto Regis quod erat de Sacerdotibus & Leuitis ad omnem rem, & ad thesauros.

16 Preparatum autem erat omne opus **W**Selomoh vsque ad diem fundameti domus Iehoua, & vsque ad perfectionem eius: perfecta fuit igitur domus Iehoua.

17 Tunc profectus est **W**Selomoh in Exiongaber, & in Eloth quae erat ad litus maris in terra Edom.

18 Militque ad eum Huram per manum seruorum suorum naues, & seruos gnaros maris: & iuerunt cum seruis **W**Selomoh in Ophir, tuleruntque inde quadringenta & quinquaginta talenta auri, quae attulerunt ad Regem **W**Selomoh.

CAPVT IX.

1 Regina Saba venit ad audiendam sapientiam Salomonis. 8 Regem sapientem dat Deus populo a dilecto. 9 Regina Saba dat Salomoni munera: 12 Salomo dat reginae Saba munera. 13 Pondus auri quod apportabatur ad Salomonem quotannis. 16 Trecenta scuta aurea. 20 Vasa aurea. Argentum tempore Salomonis nihili fiebat. 25 Equi & Equites Salomonis. 31 Moritur Salomon, cui succedit Roboam.

3. Reg. 10. d. 1
Matth. 12. d.
42
Luc. 11. d. 31

Regina autem **W**Seba audiens famam **W**Selomoh, venit vt tentaret **W**Selomoh in aenigmatibus, in Ierusalaim, cum exercitu graui valde, & camelis portantibus aromata, & aurum in multitudine, & lapides pretiosos:

venit inquam ad **W**Selomoh, & loquuta est cum eo quicquid habebat in corde suo.

2 Indicauit autem ei **W**Selomoh omnia verba eius: nec latuit quicquam ipsum **W**Selomoh quod non indicauerit ei.

3 Et vidit Regina **W**Seba sapientiam **W**Selomoh, & domum quam edificauerat,

4 Atque cibos mensae eius, & sensionem seruorum eius, & statum ministrorum eius, & vestimenta eorum: pincernas quoque eius, & vestimenta eorum, & holocaustum eius quod offerebat in domo Iehoua: & non erat vltra in ea spiritus.

5 Dixitque ad Regem, Verum erat verbum **B** quod audiui in terra mea super rebus tuis, & sapientia tua.

6 Et non credidi verbis eorum, donec ipsa veni, & viderunt oculi mei: ecce autem, non fuit indicatum mihi dimidium multitudinis sapientiae tuae: addidisti famae quam audiui.

7 Beati viri tui, & beati serui tui isti qui stant coram te semper, & audiunt sapientiam tuam.

8 Sit Iehouah Deus tuus benedictus qui complacuit sibi in te, ita vt posuerit te super thronum suum in Regem Iehoua Deo tuo: propterea quod dilexerit Deus tuus Iusraelem, vt stabiliat eum in seculum, & constituerit te super eos Regem, vt faceres iudicium & iustitiam.

9 Dedit autem Regi centum & viginti talenta **C** auri, & aromata in copia valde, & lapides pretiosos: & non fuerunt talia aromata postea qualia dedit Regina **W**Seba Regi **W**Selomoh.

10 Quinetiam serui Huram, & serui **W**Selomoh qui attulerant aurum de Ophir, attulerunt ligna alummim & lapides pretiosos.

11 Et fecit Rex de lignis alummim tigna in domo Iehoua & domo regia, & citharas & psalteria cantoribus: & non sunt visa antea sicut ipsa in terra Iehudah.

12 Rex autem **W**Selomoh dedit Regine **W**Seba quicquid ipsa expetiuit, praeter id quod attulerat ad Regem: posthaec reuersa est, & abiit in terram suam ipsa & serui eius.

13 Erat autem pondus auri quod veniebat ipsi **D** **W**Selomoh annuatim, sexcenta & sexaginta sex talenta auri:

14 Praeter id quod viri mercatores & negotiatores afferebant: & omnes Reges Arab, & duces terrae adducebant aurum & argentum ipsi **W**Selomoh.

15 Fecit autem Rex **W**Selomoh ducenta scuta ex auro ductili: sexcenti numi auri ductilis infumebantur in scutum vnum.

16 Trecentos item clypeos ex auro ductili: trecenti numi aurei infumebantur in clypeum vnum: quae posuit Rex in domo saltus Lebanon.

17 Fecit deinde Rex folium eburneum grande, quod texit auro puro.

18 Sex autem gradus erant folio, basis quoque **E** ex auro erat ipsi folio, tenentia: fulcra item hinc & inde in loco sensionis, ac duo leones stantes ad fulcra.

19 Duodecim vero leones stabant illic super sex gradus, hinc & inde: non fuit factum tale in villo regno.

20 Omnia insuper vasa potoria Regis **W**Selomoh aurea: omnia item vasa domus saltus Leba

Lebanón ex auro puro : nō reputabatur quicquam argentum in diebus wSelomóh.

21 Naues enim Regi erant, quæ ibant in Tharwsiws cum seruis nHurám semel in tribus annis : venire solebant naues Tharwsiws portantes aurum & argentum, dentes elephantum, & simias, & pauos.

22 Magnificatúsque est rex wSelomóh, præ omnibus Regibus terræ in diuitiis & sapientia.

F 23 Omnésque Reges terræ quærebant faciem wSelomóh, ut audirent sapientiam eius quam dederat Deus in corde eius.

24 Ipsi autem deferebát singuli munus suum, vasa argentea, & vasa aurea, & vestes, arma, & aromata, equos & mulos annuatim.

3. Regum 4. c. 26

25 Fuerunt itaque wSelomóh quatuor millia stabulorum equorum, & currum, & duodecim millia equitum : quos collocauit in vrbibus currum, & apud se in Ierusaláim.

26 Et dominabatur omnibus Regibus à flumine ipso vsque ad terram Peliwthím, & vsque ad terminum Ægypti.

G 27 Præbuitque Rex argentum in Ierusaláim tanquam lapides, & cedros præbuit quasi sycomoros quæ crescunt in campestribus in multitudine.

28 Educebát autem equos ex Ægypto ad wSelomóh, & de cunctis terris.

29 Reliqua autem verborum wSelomóh priorum & posteriorum, nōne scripta sunt in verbis Nathán Prophete, & in prophetia Ahiiáh wSilonitæ, & in visionibus Iayaddó Videntis contra Iarobyám filium Nebát?

30 Et regnauit wSelomóh in Ierusaláim super vniuersum Iwfrakél quadraginta annis.

31 Dormiuitque wSelomóh cum patribus suis : & sepelierunt eum in Ciuitate Dauidis patris sui, regnauitque Renhabyám filius eius pro eo.

C A P V T X.

1 Roboam constituitur Rex. 2 Populus petit sibi remitti de tributo indúcto à Salomone. 6 Consilium senum. 9 Consilium iuuenum. 13 Relicto consilio Seniorum, respondet populo dura, volente Deo. 16 Scissio regni Israël. 18 Aduram lapidatur.

3. Reg. 12. 4. 1

A Biiit autem Renhabyám in wSéchem : quia in wSéchem conuenerant vniuersus Iwfrakél ut Regem constituerent eum.

3 Fuit verò, quum audisset Iarobyám filius Nebát, qui erat in Ægypto, (quò fugerat à facie wSelomóh Regis) tum reuersus est de Ægypto.

3 Miseruntque & vocauerunt eum. venit itaq; Iarobyám, & vniuersus Iwfrakél, loquuti que sunt ad Renhabyám, dicendo,

4 Pater tuus aggrauauit iugum nostrum : nūc ergo alleuia de seruitute patris tui dura, & de iugo eius graui quod posuit super nos, & seruiemus tibi.

5 Dixitque ad eos, Adhuc tres dies, & reuertimini ad me. Abiit itaque populus.

B 6 Et consilium iniit Rex Renhabyám cum senioribus qui steterant coram wSelomóh patre suo, ipso viuente, dicendo, Quomodo consulitis vos ut respondeam populo huic verbum?

7 Et loquuti sunt illi, dicendo, Si fueris in bonum populo huic, & complacueris eis, loquutúsque fueris ad eos verba bona, erunt tibi serui omnibus diebus.

8 Dereliquit autem cōsiliū seniorum quod consuluerant ei : & consiliū iniit cum adolescentibus qui adoleuerant cum ipso, qui stabant coram illo.

9 Dixitq; ad eos, Quid vos consulitis, ut redamus responsum populo huic, qui loquuti sunt mihi dicendo, Alleuia de iugo quod posuit pater tuus super nos?

10 Tunc responderūt ei adolescentētes qui adoleuerant cum eo, dicendo, Sic dices populo qui loquuti sunt tibi, his verbis, Pater tuus aggrauauit iugum nostrum, tu autem alleuia à nobis : sic inquam dices ad eos, Minimus digitus meus crassior est lumbis patris mei.

11 Nunc ergo pater meus onus imposuit vobis iugum graue, ego autem addam iugo vestro : pater meus corripuit vos flagellis, ego autem scorpionibus.

12 Venit itaque Iarobyám, & vniuersus populus ad Renhabyám die tertio, quē admodum loquutus fuerat Rex, dicendo, Reuertimini ad me die tertio.

13 Responditque eis Rex dura, relicto consilio seniorum :

14 Loquutus nanque est ad eos iuxta consiliū adolescentum, dicendo, Pater meus aggrauauit iugum vestrum, ego verò addam super illud : pater meus corripuit vos flagellis, ego verò scorpionibus.

15 Et non exaudiuit Rex populum. fuit enim causa à Deo ut confirmaret Iehouáh verbum suum quod loquutus fuerat per manum Ahiiáhu wSilonitæ ad Iarobyám filium Nebát.

16 Vniuersus autem Iwfrakél videns quòd non exaudisset eos Rex, responderunt Regi, dicendo, Quæ nobis est portio in Dauide? neque hæreditas est nobis in filio Iwfrakél. quisque in tabernacula tua & Iwfrakél : nunc vide domum tuam & Dauid. Abiit itaq; vniuersus Iwfrakél in tabernacula sua.

17 Super filios autem Iwfrakél qui habitabát in vrbibus Iehudáh, regnauit Renhabyám.

18 Misit verò Rex Renhabyám Hadorám qui erat super tributum, & lapidauerunt eum filij Iwfrakél lapidibus, & mortuus est : Rex autem Renhabyám roborauit seipsum ut ascenderet currum, ut fugeret in Ierusaláim.

19 Et præuaricati sunt Iwfrakelitæ contra domum Dauidis vsque ad diem hanc.

C A P V T XI.

1 Roboam contra Ieroboam pugnaturus, à Domino per Semeiam admonetur ut incepto desistat. 4 Voluntate Dei diuisum regnum Israël. 5 Ciuitates à Roboam edificatæ. 12 Roboam imperat super Iudam & Biniamin. 15 Ieroboam constituit sacerdotes demoniorum. 16 Quæret Dominum. 18 Vxores aliquot Roboam. 21 Vxores Roboam xvij, & concubinae lx.

1 Venit ergo Renhabyám in Ierusaláim, & congregauit domum Iehudáh & Biniamin, centū & octoginta millia electorum facientium bellum, ut dimicaret cum Iwfrakèle, ut reduceret regnum ad se.

2 Fuit autem verbum Iehouæ ad wSemayaiáhu virum Dei, dicendo,

3. Regum 12. c. 22

3 Dic ad Renhabyám filium wSelomóh Regem Iehudáh, & ad vniuersum Iwfrakelem in Iehudáh & Biniamin, his verbis,

4 Sic dixit Iehouáh, Ne ascendatis, neque pugnētis cōtra fratres vestros : reuertimini quisque in domū suam : quia à me facta est res ista.

C

- Et paruerunt verbo Iehouæ, reuersiq; sunt ne irent contra Iarobyam.
- 5 Habitauit ergo Renhabyam in Ierusalaim & edificauit vrbes in munitionem in Iehudah.
- 6 Edificauit inquam Beth-Ienhem, & E-tam, & Thecoay,
- 7 Et Beth-rhur, & Socho, & Adullam,
- 8 Et Gath, & Marewah, & Ziph,
- 9 Et Adoram, & Lachis, & Azecah,
- 10 Et Sorah, & Aialon, & Hebron, que erant in Iehudah & Biniamin, vrbes munitas.
- 11 Roborauit quoque munita, & collocauit in illis duces, & cellaria cibi, & oleum, & vinum:
- 12 Et in singulis vrbibus scuta & hastas, roborauitque eas multum valde: & fuit ei Iehudah & Biniamin.
- C 13 Porro Sacerdotes & Leuitæ qui erant in vniuerso Iisrahel, astiterunt iuxta eum de cunctis finibus suis.
- 14 Dereliquerant enim Leuitæ suburbana sua, & possessione suam, & abierant in Iehudah & Ierusalaim: quia eiecerat eos Iarobyam & filij eius, ne ministrarent Iehouæ.
- 3.Reg. 12. g. 31 15 Et constituerat sibi Sacerdotes pro excelsis, daemoniis, & vitulis quos fecerat.
- 16 Et post eos, de cunctis tribubus Iisrahelis qui dederant cor suum ad quærendum Iehouam Deum Iisrahelis, venerunt in Ierusalaim ad immolandum Iehouæ Deo Patrum suorum.
- 17 Roborauerunt itaque regnum Iehudah, & confirmauerunt Renhabyam filium Selomoh annis tribus: ambulauerunt enim in via Dauidis & Selomoh, annis tribus.
- D 18 Accepit autem sibi Renhabyam vxorem Mahalath filiam Ierimoth filij Dauidis, & Abihail filiam Eliab filij Iosai.
- 19 Quæ peperit ei filios: Ieruyus, & Semariah, & Zaham.
- 20 Et post illam accepit Mayachah filiam Abusalom: quæ peperit ei Abiah, & Athai, & Ziza, & Selomith.
- 21 Amavit autem Renhabyam Mayachah filiam Abusalom præ omnibus vxoribus suis & concubinis suis. vxores enim octodecim acceperat, & concubinas sexaginta: & genuit vigintiocto filios, & sexaginta filias.
- 22 Constituit autem in ducem, Renhabyam Abiah filium Mayachah, in ducem inquam inter fratres suos: quia optabat constituere eum Regem.
- 23 Et docuit eum: dispersit autem de omnibus reliquis filiis suis in cunctas terras Iehudah & Biniamin: in cunctis vrbibus munitis: & dedit eis escas copiose: & petiuit multitudinem vxorum.

CAPVT XII.

1 Tradit Dominus Iudam in manus Sefac, quod eum dereliquisset. 5 Semel as commonefacit populum peccati. 6 Humiliatio populi auertit iram Dei. 8 Quare Iisrahel seruerit Sefac regi. 9 Sefac diripit domum Dei. 14 Cor non quærens Deum. 16 Moritur Roboam, cui succedit Abia.

1 Fuit autem quum confirmasset regnum Renhabyam, ac roborasset illud, dereliquit Legem Iehouæ, omnisque Iisrahel cum eo.

2 Fuit itaq; anno quinto ipsius regis Renhab-

yam, ascendit Sefac Rex Aegypti contra Ierusalaim (præuaricati enim fuerant in Iehoua)

3 Cum mille & ducentis curribus, & sexaginta millibus equitum: nec erat numerus populi qui venerant cum eo ex Aegypto, Lubim, & Succhim, & Chusim.

4 Cepit autem vrbes munitas quæ erant in Iehudah, & venit vsque ad Ierusalaim.

5 Tunc Semayah Propheta venit ad Renhabyam & ad principes Iehudah qui congregati erant in Ierusalaim propter Sefac & dixit ad eos, Sic dixit Iehouah, Vos dereliquistis me, & ego etiam dereliqui vos in manu Sefac.

6 Humiliauerunt autem se principes Iisrahel & Rex, ac dixerunt, Iustus est Iehouah.

7 Quumque vidisset Iehouah quod humiliasset sese, fuit verbum eius ad Semayah his verbis, Humiliati sunt, non disperdam eos, sed dabo illis breui euasione, neque stillabit furor meus contra Ierusalaim per manum Sefac.

8 Erunt tamen ei serui: vt sciant seruitutem meam & seruitutem regnorum terrarum.

9 Ascendit ergo Sefac Rex Aegypti contra Ierusalaim, tulitque thesauros domus Iehouæ, & thesauros domus regie, omnia tulit: tulit & clypeos aureos quos fecerat Rex Selomoh.

10 Et fecit Rex Renhabyam loco eorum, clypeos æneos, & commisit eos manui principum cursorum, qui custodiebant vestibulum domus regie.

11 Erat autem, ex quo ibat Rex in domum Iehouæ, veniebant cursores illi, & gestabant eos, postea referebant eosdem in thalamum cursorum.

12 Quum autem humiliasset se, auersa est ab eo ira Iehouæ, vt non disperderet eum profus: & etiam in Iehudah fuerunt res bonæ.

13 Corroboratus est itaq; Rex Renhabyam in Ierusalaim, & regnauit: quia quadraginta & vnus anni erat Renhabyam quum regnare cepit, & septedecim annis regnauit in Ierusalaim vrbe quam elegit Iehouah vt poneret nomen suum ibi ex omnibus vrbibus tribuum Iisrahel: nomen autem matris eius erat Nayamah Ammonitis.

14 Fecit autem malum illud, quod non preparauit cor suum ad quærendum Iehouam.

15 Verba autem Renhabyam priora & posteriora, annon scripta sunt in sermonibus Semayah Prophete, & Iddo Videtis, dum recensent seriem generationum? & fuerunt bella Renhabyam & Iarobyam omnibus diebus.

16 Dormiuit itaq; Renhabyam cum patribus suis, & sepultus est in Ciuitate Dauidis: regnauitque Abiah filius eius pro eo.

CAPVT XIII.

1 Abia pugnat contra Ieroboam. 4 Abia dehortatur exercitum Ieroboam a bello contra se, qui Deum ducem haberet quem abiecissent. 9 Sacerdotes Ieroboam, quales. 14 Orantibus militibus Abia, Deus percussit exercitum Ieroboam. 18 Abia sperans in Domino, victor euadit. 20 Ieroboam occisus à Deo. 21 Abia vxores quatuordecim.

1 Anno decimo octauo Regis Iarobyam, regnauit Abiah super Iehudah.

2 Tribus annis regnauit in Ierusalaim: (nomen

men autem matris eius Michaiáhu filia V-
rixél de Gibyáh) & bellum fuit inter Abiiáh,
& Iarobyám.

3. Reg. 15. 4. 7 3 Instruxit itaque Abiiáh aciem illam cum e-
xercitu potentium in bello, nempe quadringen-
tis millibus virorum electorum: Iarobyám
verò instruxit cum eo aciem, cum octingen-
tis millibus virorum electorum potentium
viribus.

4 Surrexit autem Abiiáh e monte Sēmaráim,
qui erat in monte Ephráim, & dixit, Audite
me Iarobyám & omnis Iŵsraél,

5 Nónne vestra intererat scire quòd Iehouáh
Deus Iŵsraelelem in seculum, illi & filiis eius, pacto
salis?

5. Regum 11. 6 Surrexit autem Iarobyám filius Nebát ser-
uus Selomóh filij Dauidis, & rebellauit con-
tra dominum suum:

7 Congregatique sunt ad eum viri vacui, filij
impij, & corroborauerunt se contra Renhab-
yám filium Selomóh: Renhabiyám autem
erat puer & tener corde, & non roborauit se
ante eos.

B 8 Nunc verò vos statuitis roborare vos coram
regno Iehouæ, quod est in manu filiorum Dau-
dis: estis autē multitudō magna, ac vobiscum
sunt vituli aurei quos fecit vobis Iarobyám
pro diis.

3. Regum 12. 9 Nónne eiecisti Sacerdotes Iehouæ filios A-
harón, & Leuitas, & fecistis vobis sacerdotes
sicut populi terrarum? quicumque venerit vt
impleat manum suam iuuenco filio bouis,
& arietibus septem, erit sacerdos iis qui non
sunt dij.

10 Nos verò sumus Iehouæ Dei nostri, neque
dereliquimus eum, Sacerdotēque ministrant
Iehouæ, filij Aharón, & Leuitæ sunt in o-
pere:

11 Adolētque Iehouæ holocausta singulis ma-
tutinis & in singulis vesperis: & suffimentum
aromaticum, & dispositio panis est super men-
sam mundam, & candelabrum aureum & lu-
cernæ eius, vt ardeant singulis vesperis: cu-
stodimus enim nos, custodiam Iehouæ Dei
nostri, & vos dereliquistis eum.

C 12 Et certē nobiscum pro duce Deus ille, & Sa-
cerdotes eius, & tubæ clangoris, vt insonent
contra vos. Filij Iŵsraelelem, ne pugnetis cum
Iehoua Deo Patrum vestrorum: quia id non
prosperè cedit vobis.

13 Iarobyám autem circuire fecit insidias, vt
veniret à tergo ipsorum: & fuerūt ante ipsum
Iehudáh, & insidiæ illæ à tergo eorum.

14 Aspexerunt autem filij Iehudáh, & ecce, illis
imminebat bellum ante & retro, tunc clamaue-
runt ad Iehouam, & Sacerdotes clangebant
tubis.

15 Vociferati sunt autē viri Iehudáh: & factum
est quom vociferarentur viri Iehudáh, Deus
percussit Iarobyám & vniuersum Iŵsraelelem
ante Abiiáh & Iehudáh.

D 16 Fugerunt itaque filij Iŵsraelelem à facie Ie-
hudáh, ac tradidit eos Deus in manū eorum.

17 Et percusserunt eos Abiiáh & populus eius,
plaga magna: cecideruntque vulnerati ex I-
ŵsraele, quingenta millia virorū electorum.

18 Humiliati sunt igitur filij Iŵsraelelem tempo-
re illo, & corroborati sunt filij Iehudáh, quia

innixi sunt Iehouæ Deo Patrum suorum.

19 Et persequutus est Abiiáh Iarobyám, & ce-
pit ab eo ciuitates aliquot, Beth-xél & villas ei⁹,
& Ieŵsanáh & villas eius, & Ephrón & vil-
las eius.

20 Neque retinuit robur ullum Iarobyám vltra
in diebus Abiiáh: percussitque eum Iehouáh,
& mortuus est.

21 Corroboratus autem Abiiáhu, accepit sibi
vxores quatuordecim, genuitque vigintiduos
filios, & sedecim filias.

22 Reliquum verò gestorum Abiiáhu, & via-
rum eius, & verborum eius, scripta sunt in li-
bro Prophetæ yldó.

C A P V T XIII

1. Moritur Abia, cui succedit Asa. 3. Asa subuertit excelsa, præci-
piens Iudæ vt quæreret Dominum. 7. Pax quærentibus Deum.
8. Exercitus Asa. 9. Zara rex Aegypti inuadit Asa. 11. Ora-
tio Asa plena fiducia. 12. Domino præliante vincit Aethiopes.
14. Terret Deus aduersarios.

Dormiuit autem Abiiáh cum patribus
suis, ac sepelierunt eum in Ciuitate Da-
uidis: regnauit autem Asá filius eius pro eo:
in diebus eius requieuit terra decem annis.

2 Et fecit Asá quod bonum & rectum est in o-
culis Iehouæ Dei sui.

3 Abstulit nanque altaria alieni, & excelsa,
confregitque státuas, ac succidit locos:

4 Iussitque ipsi Iehudáh vt requirerent Iehouam
Deum Patrum suorum, & facerent Le-
gem & præceptum.

5 Abstulit inquam de cunctis vrbibus Iehu-
dáh excelsa, & simulachra: & quieuit regnum
coram eo.

6 Aedificauit præterea vrbes munitas in Iehu-
dáh: quòd quiesceret terra, nec esset contra
eum bellum annis istis: dederat nanque illi
requiem Iehouáh.

7 Dixerat autem ad Iehudáh, Aedificemus ci-
uitates istas, & circunducamus muros & tur-
res, portas, & vectes, adhuc existente terra no-
stra coram nobis: quia requisuimus Iehouam
Deum nostrum, requisuimus inquam, & re-
quiescere fecit nos per circuitum. Aedificaue-
runt ergo, & prosperè fecit eis.

B 8 Fuit autem ipsi Asá exercitus portans scu-
tum & hastam de Iehudáh, trecentorum mil-
lium, & de Biniámin portantium clypeum, &
tendentium arcum, duceta & octoginta mil-
lia. omnes isti, viri robusti.

9 Egressus est autem contra eos Zéranh ille
Aethiops cum exercitu mille millium, & cur-
ribus trecentis, & venit vsque ad Mareŵsáh.

C 10 Egressus est autem Asá contra eum, & in-
struxerunt bellum in valle Sēphatháh iuxta
Mareŵsáh.

11 Tum clamauit Asá ad Iehouam Deum
suum, aitque, O Iehoua, non est apud te diffe-
rentia vt auxiliieris, inter magnum & eum cui
non est fortitudo: adiuua nos, ó Iehoua Deus
noster: tibi enim innitimur, & in nomine tuo
venimus contra multitudinem istam: ó Ieho-
ua, Deus noster tu es: ne præualeat aduersum
te homo.

1. Regum 14. 4. 6

12 Percussit ergo Iehouáh Aethiopes coram A-
sá & coram Iehudáh, & fugerunt Aethiopes.

D 13 Quos persequutus est Asá & populus qui
erat cum eo, vsque in Gerár: & ceciderunt ex
Aethiopibus vt non esset eis vita: quia con-

triti sunt coram Iehoua & corā exercitu eius: ruleruntque spolia multa valde.

14 Percusserunt præterea omnes ciuitates quæ erant in circuitu Gerar: quia pavor Iehouæ erat super eos: deprædatique sunt omnes vrbes, quia præda multa erat in eis.

15 Quinetiam tabernacula gregum percusserunt, & abegerunt oues quamplurimas, & camelos, reuerſique sunt in Ierusalaim.

20bubnigiv CAPVT XV. ubi sup estoxy

2 Azarias propheta prædicit regnum Israël futurum absque Deo vero, Sacerdote, Doctore, & Lege. 5 Bella & terrores à Deo non querentibus ipsum. 8 Aſa auferit idola, ad quem confugiunt multi ex Israël, quod Deus cum eo esset. 14 Iurat populus se Deum quaſiturum ex toto corde. 15 Maachiam autem suam imperio priuat Aſa, quod idola coleret.

1 Super Azariahu autem filium Oded fuit Spiritus Dei.

2 Qui egressus ante Aſa, dixit ei, Audite me Aſa, & omnis Iehudah & Biniamin, Iehouah vobiscum, quum fueritis cum eo, & si quaſieritis eum, inuenietur a vobis: si vero dereliqueritis eum, derelinquet vos.

3 Dies autem multi fuerunt Iſraheli absque Deo vero, & absque Sacerdote doctore, & absque Lege.

4 Reuerſus est autem in angustia sua ad Iehouam Deum Iſrahelis, & requisierunt eum, inuentusque est ab eis.

5 Et in temporibus illis non erat pax egredienti & ingredienti, sed contritiones multæ super cunctos habitatores terrarum.

B 6 Et conciderunt gens gentem, & ciuitas ciuitatem: quia Deus conturbauit eos omni angustia.

7 Vos igitur confortamini, & ne debilitentur manus vestrae: quia est merces operi vestro.

8 Quum autem audisset Aſa verba hæc, & prophetiam Oded prophetae, confortatus est, & tulit de medio abominationes de vniuersa terra Iehudah & Biniamin, atque ex vr-bibus quas ceperat de monte Ephraim, & instaurauit altare Iehouæ quod erat ante porticum Iehouæ.

9 Congregauitque vniuersum Iehudah & Biniamin, & peregrinos cum eis ex Ephraim & Menasſeh & Simyon: quia transfugerant ad eum de Iſrahæle quamplurimi, videntes quod Iehouah Deus eius esset cum eo.

C 10 Congregati sunt itaque in Ierusalaim mense tertio, anno decimo quinto regni Aſa:

11 Immolaueruntque Iehouæ die illo de spoliis quæ adduxerant, boues septingentos, & ouium septem millia.

12 Inieruntque fœdus illud, quod quaerent Iehouam Deum Patrum suorum toto corde suo & tota anima sua:

13 Et quicumque non quaſierit Iehouam Deum Iſrahelis, interficiatur à paruo vsque ad magnum, à viro vsque ad mulierem.

14 Iuraueruntque Iehouæ voce magna, & cum iubilo, & tubis, & buccinis.

D 15 Lætati sunt autem vniuersus Iehudah super iuramento: toto enim corde suo iurauerant, & tota voluntate sua quaſierant eum: & inuentus est eis, & requiem præstitit eis Iehouah per circuitum.

3. Regum 15. 6.12 16 Quinetiam Mayachah matrem suam amouit Aſa Rex ab imperio, quia fecerat in loco si-

mulachrum: & cominuit, Aſa simulachrum eius, & combulsit in torrente Cidron.

17 Excelsa autem non remouerunt de Iſrahæle: attamen cor Aſa erat perfectum omnibus diebus ipsius.

18 Intulit præterea sanctificationes patris sui & sanctificationes suas in domum Dei, argentum & aurum & vasa:

19 Nec fuit bellum vsque ad annum tricesimum quintum regni Aſa.

20bubnigiv CAPVT XVI.

1 Aſa, metu Baſa Regis Israël inuit fœdus cum Ben-adad Rege Syriæ. 4 Ben-adad percussit vrbes Israël. 7 Arguitur Aſa quod humano auxilio magis confisus sit, quam Diuino. 9 Cor perfectum cum Deo, & fides. 10 Prophetam arguentem cum incarcerat Aſa. 12 Aegrotans Aſa, non querit Dominum, sed fuit medicis. 13 Mortuus comburitur Aſa cum ingenti pompa.

1 Anno tricesimo sexto regni Aſa ascendit Bayawſa Rex Iſrahælis contra Iehudah, & ædificauit Ramah, ita vt non permitteret egredientem & ingredientem Aſa Regem Iehudah.

2 Et protulit Aſa argentum & aurum de thesauris domus Iehouæ, & domus regiae, militaque ad Ben-adad Regem Aram qui habitabat in Darmeſec, dicendo,

3 Fœdus inter me & te est, & inter patrem meum & patrem tuum: ecce mitto ad te argentum & aurum: vade, irritum fac fœdus tuum cum Bayawſa Rege Iſrahælis, vt recedat a me.

4 Morem itaque geſit Ben-adad Regi Aſa, militaque principes exercituum quos habebat ad vrbes Iſrahælis, & percusserunt ylion, & Dan, & Abel-maim, & omnes thesauros vr-bium Naphthali.

5 Fuit autem, quum audisset Bayawſa, desit ædificare Ramah, & cessare fecit opus suum.

6 Tunc Aſa Rex assumpsit vniuersum Iehudah, & asportauerunt lapides Ramah, & ligna eius quibus ædificabat Bayawſa, & ædificauit ex eis Gebay & Mirſpah.

7 In tempore autem illo venit Hanani Vidēs ad Aſa Regem Iehudah, & dixit ei, Quoniam innixus es Regi Aram, & non innixus es Iehouæ Deo tuo, idcirco euasit exercitus Regis Aram de manu tua.

8 Nonne Æthiopibus & Lubim erant exercitus ingentes, cum curribus & equitibus supra modum multis, & quum innixus esses Iehouæ, tradidit eos in manum tuam.

9 Quia Iehouæ oculi luſtrant vniuersam terram, & robustum se ostēdat apud eos qui sunt corde perfecto cum ipſo: stultē egisti in hoc: propterea posthac erunt tecum bella.

10 Tum indignatus Aſa aduersus Videntem, posuit eum in domo carceris, quia indignatus fuerat contra illum propter hoc, & oppressit Aſa aliquot de populo in tempore illo.

11 Ecce autem verba Aſa priora & posteriora, ecce inquam ipsa scripta sunt in libro Regum Iehudah & Iſrahel.

12 Aegrotauit posthæc Aſa anno tricesimonono regni sui pedibus suis, vsque ad summum fuit infirmitas eius: & tamen in infirmitate sua non quaſiuit Iehouam, sed medicos.

13 Dormiuit itaque Aſa cum patribus suis, mortuusque est anno quadragesimoprimo regni sui.

II. Paralip.

14 Et sepelierunt eum in uno e sepulchris suis quod foderat sibi in Ciuitate Dauidis: & accubare fecerunt eum in lectica quam repleuerant aromatibus, & diuersis speciebus aromatum confectis pigmentario opere, & combusserunt eum cōbustione magna admodum.

CAPVT XVII.

1 Ase succedit Iosaphat. 4 Iosaphat fides Deo. 5 Diuitia & gloria fidentibus Deo. 7 Iosaphat mittit predicatores per vniuersum Iudam, habentes librum Legis.

Regnauit autem Iehosaphat filius eius pro eo, & inualuit contra Iſrahelem.

2 Posuit autem exercitum in cunctis vrbibus Iehudāh munitis, posuit quoque praesidia in terra Iehudāh, & in vrbibus Ephraim quas ceperat Aosa pater eius.

3 Et fuit Iehouah cum Iehosaphat, quod ambularet in viis Dauidis patris sui primis, nec quaesuit idola:

4 Sed Deum patris sui requisit, & in praecipis eius ambulauit, neque egit secundum opus Iſraelis.

B 5 Confirmauitque Iehouah regnum in manu eius: dederuntque vniuersus Iehudāh munera ipsi Iehosaphat, ita ut fuerint ei diuitiae & gloria copiose.

6 Eleuatum est praeterea cor eius in viis Iehouae, ac praeter haec sustulit excelsa & lucos de Iehudāh.

7 Anno autem tertio regni sui misit principes suos Ben-nahail, & Obadiāh, & Zechariah, & Nethanahel, & Michaiāhu, ut docerent in ciuitatibus Iehudāh.

8 Et cum eis Leuitas, Semaiāhu, & Nethaniāhu, & Zebadiāhu, & Asaphel, & Semiramoth, & Iehonathan, & Adoniāhu, & Tobiāhu, & Tob-adonniāhu, Leuitas: & cum eis Eliſamāy & Ieram, sacerdotes.

9 Docuerunt itaque in Iehudāh: & cum eis erat liber Legis Iehouae. circuibant autem per vniuersas vrbes Iehudāh, & docebant populum.

C 10 Propterea fuit pavor Iehouae super omnia regna terrarum quae erant in circuitu Iehudāh, ita ut non pugnaverint aduersum Iehosaphat.

11 Et de Peliſthim adducebant ad Iehosaphat munus & argenti vestigal. Arabes quoque adducebant ei pecorum arietum septem millia & septingentos, & hircorum septem millia & septingentos.

12 Fuit itaque Iehosaphat vadens & crescens usque in sublime: & aedificauit in Iehudāh aedes, & vrbes thesaurorum.

13 Et opus multum fuit ei in vrbibus Iehudāh: & viri bellicosi, potentes viribus erant in Ierusalaim.

D 14 Iste autem est numerus eorum per domum patrum suorum in Iehudāh, principes milium, Adnah princeps: & cum eo robustorum viribus trecenta millia.

15 Et ad manum eius Iehonathan princeps: & cum eo ducenta & octoginta millia.

16 Ad manum eius Amosiah filius Zichri qui sese vltro obtulerat Iehouae: & cum eo ducenta millia robustorum viribus.

17 De tribu vero Biniamin, potens viribus Eliadāy: & cum eo armatorum arcu & clypeo ducenta millia.

רַבְרֵי הַיָּמִים ב 305

18 Erad manum eius Iehozabād: & cū eo centum & octoginta millia accinctorum ad militiam.

19 Iſti ministrabant Regi, praeter eos quos posuerat Rex in vrbibus munitis in vniuerso Iehudāh.

CAPVT XVIII.

1 Iosaphat affinitate coniungitur cum Achab. 3 Iosaphat cum Achab ascendit contra Ramoth Galaad. 5 Quadringenti pseudoprophetae. 6 Iosaphat requirit verbum Dei. 7 Michaeas solus Dei Propheta, accersitur. 13 Propheta Dei verbum Dei loquitur. 14 Ironia Michaeae & imitatio pseudoprophetarum. 15 Adiurare. 16 Praedicit populum dispergendum, & Achab occidendum. 19 Deus per spiritus pseudoprophetarum, seducit interdum eos qui verbum suum oderunt. 23 Percutitur Michaeas a pseudopropheta. 26 Michaeas incarceratur. 29 Conatur Achab effugere decretum Dei, suo consilio. 31 Iosaphat clamat ad Dominum, qui ab illo hostes auertit. 33 Percussus Achab moritur iuxta verbum Dei.

Fuerunt inquam ipsi Iehosaphat diuitiae, & gloria quam maxima, & affinitate iunctus est ipsi Achab. 3. Reg. 22. 4. 3

2 Descenditque post aliquot annos ad Achab in Someron, & mastravit ei Achab oues & boues copiose, ac populo qui erat cum eo, persuasitque ei ut ascenderet in Ramoth Gilyad.

3 Dixitque Achab rex Iſraelis ad Iehosaphat regem Iehudāh, Nūquid perges mecum in Ramoth Gilyad? Respondit ei, Sicut ego, sic tu: & sicut populus tuus, sic populus meus, & tecum ero in bello.

4 Dixitque Iehosaphat Regi Iſraelis, Consule obsecro hodie verbum Iehouae.

5 Congregauit itaque Rex Iſraelis prophetas quadringentos viros, dixitque ad eos, Ibi mune in Ramoth Gilyad ad bellum, an quiescam? Responderunt, Ascende, & tradet Deus in manum Regis.

6 Dixitque Iehosaphat, Est ne hic Propheta Iehouae vltra, ut requiramus ab eo? **B**

7 Et ait Rex Iſraelis ad Iehosaphat, Adhuc vir vnus est, ut requiramus Iehouam ab eo: sed ego odi eum, quia non vaticinatur mihi bonum, sed omnibus diebus suis malum: is est Michaiāhu filius Imlā. Dixitque Iehosaphat, Ne dicat Rex sic.

8 Vocauit itaque Rex Iſraelis eunuchum vnum, & dixit, Festinare fac Michaiāhu filium Imlā.

9 Ceterum Rex Iſraelis & Iehosaphat rex Iehudāh sedebant vterque super solum suum induti vestibus: sedebant inquam in area ad ostium portae Someron, vniuersique prophetae vaticinabantur coram eis.

10 Fecerat autem sibi Sidciahū filius Chenaanāh cornua ferrea, ac dixit, Sic dixit Iehouah, His feries Aramaeos, donec cōsumas eos. **C**

11 Omnes quoque prophetae prophetabant similiter, dicendo, Ascende in Ramoth Gilyad, & prospere ages: nam tradet eam Iehouah in manum Regis.

12 Nūtius autem qui perrexerat ad vocandum Michaiāhu, loquutus est ei, dicēdo, En, verba prophetarum ore vno bonum annuntiant Regi: sit igitur obsecro verbum tuum sicut uerbum vnus ex eis, & loquere bonum.

13 Tum dixit Michaiāhu, Viuit Iehouah quod quicquid dixerit Deus meus, illud loquar.

14 Quū ergo venisset ad Regem, tum dixit Rex **C 3**

D ad eum, Micháh, iréne debemus in Ramóth Gilyád ad bellú, an quiescam? Et dixit, Ascendite, & prospere agite, & tradentur in manum vestram.

15 Dixitque ad eum Rex, Usque ad quot vices ego adiuro te ne loquaris mihi nisi veritatem in nomine Iehouæ?

16 Túc ait, Vidi vniuersum Iwfraxelem dispersos super mótes, velut oues quibus nó est pastor. dixitque Iehouáh, Non sunt domini istis: reuertatur quisque domum suam in pace.

17 Et ait Rex Iwfraxelis ad Iehowsaphát, Annon dixeram tibi, Non vaticinabitur mihi bonum, sed malum?

18 Rursum ait, Ideo audite verbum Iehouæ: vidi Iehouam sedentem super solium suum, atque vniuersum exercitum cæli stantem iuxta dexteram eius & sinistram eius.

E 19 Dixitque Iehouáh, Quis decipiet Anháb regem Iwfraxelis, vt ascendat & corruat in Ramóth Gilyád? Et dixit iste sic, alter dicebat sic.

20 Tunc egressus est spiritus, qui stetit coram Iehoua, & ait, Ego decipiam eum. Iehouáh verò ait ad eum, In quo?

21 Respondit, Egrediar, eróque spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Dixit ergo, Decipies, & etiam præualebis: egredere, & fac ita.

22 Nunc ergo en dedit Iehouáh spiritum mendacem in ore prophetarum tuorum istorum, & Iehouáh loquutus est contra te malum.

23 Tunc accelsit Sidciahú filius Chenayánáh, & percussit Micháiehu in maxillam, ac dixit, Per quam viam transiit spiritus Iehouæ à me, vt loqueretur tecum?

24 Respondit Micháiehu, Ecce, tu videbis die illo quo ingredieris de cubiculo in cubiculú vt abscondas te.

F 25 Ait itaque Rex Iwfraxelis, Tollite Micháiehu, & reducite eum ad Amón principem vrbis, & ad Ioávs filium Regis.

26 Dicitisq; sic dixit Rex, Ponite hunc in domo carceris, & cibate eum pane arcto, & aqua arcta, donec reuertat in pace.

27 Et dixit Micháiehu, Si reuertendo reuersus fueris in pace, non est loquutus Iehouáh per me. Præterea dixit, Audite populi omnes.

28 Ascendit itaque Rex Iwfraxelis & Iehowsaphát rex Iehudáh in Ramóth Gilyád.

29 Dixitque Rex Iwfraxelis ad Iehowsaphát, Mutabo me ipsum, & ingrediar preliú: tu verò induc te vestibus tuis. Et mutauit sese Rex Iwfraxelis, ingressique sunt prælium.

30 Rex autem Arám præceperat principibus curruum qui erant sibi, dicendo, Ne pugnetis neque cum paruo neq; cum magno, sed cum Rege Iwfraxelis tantum.

G 31 Fuit autem, quum vidissent principes curruú ipsum Iehowsaphát, dixerunt, Rex Iwfraxelis est. Et cõuersi sunt contra eú ad pugandum: tũ exclamauit Iehowsaphát, & Iehouáh auxiliatus est ei, & persuasit illis Deus ab eo.

32 Fuit autem, quum vidissent principes curruú quòd nó esset Rex Iwfraxelis, auersi sunt ab eo.

33 Vir autem quidam traxit arcum in simplicitate sua, & percussit Regem Iwfraxelis inter iuncturas & inter loricam. & ait aurigæ, Verte manum tuam, & educ me de castris, quia vulneratus sum.

34 Inualuit autem prælium die illo, Rex verò Iwfraxelis tenebat se rectum in curru eregione Arám vsque ad vesperam: & mortuus est tempore quo occumbit sol.

CAPVT XIX.

2 Iosaphat increpatur à Propheta Iehu, quòd auxiliú præstitit impio Achab. **3** Fides. Opera. **4** Reuocat populum ad Deum. **6** Exhortatio Iosaphat ad Iudices. **10** Eiusdem exhortatio ad Leuitas.

1 Reuersus est autem Iehowsaphát Rex Iehudáh in domú suá in pace Ierusaláim.

2 Egressusque obuiam ei Iehú filius Hanani Videns, dixit Regi Iehowsaphát, An impio decuit te ferre opem, & osores Iehouæ diligere? & propter hoc super te ira à facie Iehouæ:

3 Sed res bonæ inuentæ sunt tecum, quòd succideris lucos de terra, & præparaueris cor tuú vt requireres Deum. **B**

4 Habitauit itaque Iehowsaphát in Ierusaláim: & reuersus est vt iter faceret per populum à Bexer-wsébay vsque ad montem Ephráim, & reuocauit eos ad Iehouam Deum Patrum suorum.

5 Constituitque Iudices in terra in cunctis ciuitatib; Iehudáh munitis, per singulas vrbes.

6 Dixit autem iudicibus, Videte quid vos facitis: non enim homini iudicabitis, sed Iehouæ: & erit vobiscum in negotio iudicij.

7 Nunc igitur sit pauor Iehouæ super vos, custodite & facite: quoniam non est cum Iehoua Deo nostro iniquitas, & acceptio personarum, & acceptio muneris. **C**

8 Sed & in Ierusaláim cõstituit Iehowsaphat de Leuitis & Sacerdotibus, & de principibus familiarum Iwfraxelis ad iudicium Iehouæ, & ad causam: & reuersi sunt in Ierusaláim. **Deu. 10. d. 17**

9 Præcepit autem eis, dicendo, Sic agetis cum timore Iehouæ, in fide & corde perfecto. **Iob 34. b. 19**

10 Et omné causam quæ venerit ad vos de fratribus vestris qui habitant in vrbibus suis, inter sanguinem & sanguinem, inter Legem & præceptum, statuta & iudicia, admonebitisq; eos: & non delinquent contra Iehouam, neq; erit ira super vos & super fratres vestros: sic facietis, & non delinquetis. **Act. 10. d. 34**

11 Et ecce, Amariáhu sacerdos summus super vos in omni re Iehouæ: & Zebadiáhu filius Iwfraxel dux domus Iehudáh, in omni negotio regio: & præfecti erunt Leuitæ coram vobis. confortamini, & facite, & erit Iehouáh cum bono. **Rom. 2. b. 11**

12 Et ecce, Amariáhu sacerdos summus super vos in omni re Iehouæ: & Zebadiáhu filius Iwfraxel dux domus Iehudáh, in omni negotio regio: & præfecti erunt Leuitæ coram vobis. confortamini, & facite, & erit Iehouáh cum bono. **Galat. 2. b. 6**

13 Et ecce, Amariáhu sacerdos summus super vos in omni re Iehouæ: & Zebadiáhu filius Iwfraxel dux domus Iehudáh, in omni negotio regio: & præfecti erunt Leuitæ coram vobis. confortamini, & facite, & erit Iehouáh cum bono. **Ephes. 6. b. 9**

14 Et ecce, Amariáhu sacerdos summus super vos in omni re Iehouæ: & Zebadiáhu filius Iwfraxel dux domus Iehudáh, in omni negotio regio: & præfecti erunt Leuitæ coram vobis. confortamini, & facite, & erit Iehouáh cum bono. **Colof. 3. d. 16**

15 Et ecce, Amariáhu sacerdos summus super vos in omni re Iehouæ: & Zebadiáhu filius Iwfraxel dux domus Iehudáh, in omni negotio regio: & præfecti erunt Leuitæ coram vobis. confortamini, & facite, & erit Iehouáh cum bono. **1. Petr. 1. c. 17**

16 Et ecce, Amariáhu sacerdos summus super vos in omni re Iehouæ: & Zebadiáhu filius Iwfraxel dux domus Iehudáh, in omni negotio regio: & præfecti erunt Leuitæ coram vobis. confortamini, & facite, & erit Iehouáh cum bono. **D**

CAPVT XX.

1 Ammon & Moab insurgunt contra Iosaphat. **3** Iosaphat implorat auxilium Dei cõ oratione & ieiunio. **6** Oratio Iosaphat. **12** Iosaphat propria virtuti dissidens, soli Deo fidit. **14** Iabaxiel propheta promittit auxiliú à Deo. **20** Dei promissionibus credendú. **21** Laudem canunt Deo in prælio, & vincunt. **22** Ammon, & Moab, & Seir mutuis se conficiunt vulneribus. **25** Iosaphat cõ suis conuertitur ad spolia. **26** Vallis Benedictionis. **27** Gaudium de inimicis. **28** Gratiarum actio de victoria. **29** Timor Dei contra inimicos. **33** Excelsa non ablata. **35** Init Iosaphat amicitias cum Ochozia, propter quòd reprehenditur. **37** Prophetare.

1 Et fuit posthæc, venerunt filij Moab & filij Ammón, & cum eis de Ammonitis, contra Iehowsaphát ad prælium.

2 Venerunt autem, & nuntiauerunt Iehowsaphát, dicendo, Venit contra te multitudo magna de trãs Mare, de Arám, & ecce sunt in Haferfon-thamar, ipsa est En-gédi.

3 Timuit itaq; & posuit Iehowsaphát faciem suam ad quærendum Iehouam, & prædicauit

II. Paralip.

רַבְרַב הַיָּמִים ב 307

uit ieiunium vniuerso Iehudáh.

4 Et congregati sunt *uiri* Iehudáh vt quærerét Iehouam: etiam de vniuersis vrbibus Iehudáh venerunt ad quærendum Iehouam.

5 Et stetit Iehowſaphát in cœtu Iehudáh & Ieruſaláim in domo Iehouæ ante atrium nouum.

B 6 Et ait, O Iehoua Deus Patrum noſtrorum, nónne tu ipſe es Deus in cælo, & dominaris cunctis regnis Gétium, & in manu tua eſt fortitudo, & potentia, nec eſt qui tibi poſſit reſiſtere?

7 Nónne tu Deus noſter expuliſti habitatores terræ huius à facie populi tui Iſrahæliſ, & dediſti eam ſemini Abrahám amici tui in ſeculum?

8 Propterea habitauerunt in ea, & ædificauerunt tibi in ea Sanctuarium nomini tuo, dicendo,

Suprà 6. e. 28

9 Si venerit ſuper nos malum, gladius iudicij, vel peſtilentia, vel fames, ſtabimus coram domo hac & coram te (nomen ſiquidem tuum eſt in domo hac) & clamabimus ad te in anguſtiis noſtris, & exaudies, ac ſaluos facies:

Deut. 2. b. 9

10 Et nunc ecce filij Ammón & Moáb, & mós ſeyr, per quos non permiſiſti Iſrahæli vt tranſirent dum veniret e terra Ægypti, ſed declinauerunt ab eis, nec diſperdiderunt eos.

11 Ecce inquam ipſi retribuunt nobis, dum veniunt vt eiiciant nos de hæreditate tua quam iure hæreditario tradidiſti nobis:

C 12 Deus noſter, nónne iudicabis eos? nulla enim eſt fortitudo in nobis coram multitudine multa hac quæ venit cõtra nos: nec nos ſcimus quid faciamus, ſed in te ſunt oculi noſtri.

13 Et omnes filij Iehudáh ſtabát coram Iehoua, etiam paruuli eorũ, vxores eorũ, & filij eorũ.

14 Iahhazizél autem filius Zechariáhu filij Benaiáh filij Ieremiel, filij Matthaniáh, Leuites de filiis Aſaph, fuit ſuper eum Spiritus Iehouæ in medio cœtus:

15 Et ait, Attendite omnis Iehudáh, & habitatores Ieruſaláim, atque Rex Iehowſaphát, ſic dixit Iehouáh vobis, Vos ne timeatis, neq; pœueatis à facie multitudinis multæ huius: quia non veſtra erit pugna, ſed Dei.

16 Cras descendite contra eos, ecce ipſi aſcendunt ſuper cliuam ſiſ, inueniſſique eos in fine torrentis eregione ſolitudoſis Ieruſaláim.

D 17 Non veſtrum erit pugnare in hoc: conſiſtite, ſtate, & videte ſalutem Iehouæ vobiſcum, & Iehudáh & Ieruſaláim, ne timeatis, neque pœueatis: cras egredimini contra eos, & Iehouáh erit vobiſcum.

18 Et inclinauit ſe Iehowſaphát in faciẽ in terrã, & omnis Iehudáh, & habitatores Ieruſaláim proſtrauerunt ſe coram Iehoua, adorantes Iehouam.

19 Surrexerunt autem Leuitæ de filiis Cehathitarum, & de filiis Cornhitarum, ad laudandum Iehouam Deum Iſrahæliſ voce magna in excelfum.

20 Quumque ſurrexiſſent mane, egreſſi ſunt in deſertum Thecõay: & quum egrederentur, ſtetit Iehowſaphát, ac dixit, Audite me Iehudáh, & habitatores Ieruſaláim: credite in Iehouam Deum veſtrum, & roboramini: credite Prophetis eius, & proſperè ceder vobis.

21 Conſilio autem inito cum populo, cõſtituit cantores Iehouæ, & laudantes in decore San-

ctuarij, dum egrederentur, ante accinctos ad prælium, ac diceret, Celebrate Iehouam, quoniam in ſeculum miſericordia eius.

22 Tempore autem quo cœperunt cum clamore & laude, poſuit Iehouáh inſidiantes contra filios Ammón, Moáb & mótẽ ſeyr qui venerent contra Iehudáh, & percufferunt ſeſe.

23 Inſurrexerunt præterea filij Ammón & Moáb contra habitatores montis ſeyr, vt perderent ac deleret eos. quumque finem feciſſent contra habitatores ſeyr, adiuuerunt quiſque proximum ſuum ad interneccionem.

24 Iehudáh autẽ venit ad Mizſpe quæ eſt in deſerto, & reſpexerunt ad multitudinem, & ecce, illi mortui iacebant in terra, nec vllus euaserat.

25 Venit igitur Iehowſaphát & populus eius vt diriperent ſpolia eorum, inueneruntque in eis multum diuitiarum, & cadauera onuſta ſuppelleſtile concupiſcibili: prædatique ſunt ſibi abſque pœdere, tribus diebus diripientes ſpolia, quod multa eſſent pondere.

26 Die autem quarta congregati ſunt in valle Beracháh: quia autem ibi benedixerunt Iehouæ, idcirco vocauerunt nomen loci illius Vallem Beracháh vſque ad diem hanc.

27 Conuerſi ſunt itaque omnis vir Iehudáh & Ieruſaláim, & Iehowſaphát in capite eorũ, vt reuerterentur in Ieruſaláim cum lætitiis: lætificauerat enim eos Iehouáh ab inimicis ſuis.

28 Ingreſſi ſunt autem Ieruſaláim cum psalterijs, & citharis, & tubis in domum Iehouæ.

29 Fuitque terror Dei ſuper omnia regna terrarum, quum audiſſent quod pugnaſſet Iehouáh cum inimicis Iſrahæliſ.

30 Quieuit itaque regnum Iehowſaphát, & requiem dedit ei Deus ſuus vndiquaque.

31 Regnauit itaq; Iehowſaphát ſuper Iehudáh: trigintaquinque annorum erat quum regnare cœpit, & vigintiquinque annis regnauit in Ieruſaláim, & nomen matris eius Azubáh filia ſilnhi.

32 Ambulauitq; in via Aſaph patris ſui, nec declinauit ab ea, faciendo rectum in oculis Iehouæ.

33 Veruntamen excelfa non receſſerant, & adhuc populus non præparauerant cor ſuum Deo Patrum ſuorum.

34 Reliquum autem verborum Iehowſaphát priorum & posteriorum, ecce ſunt ſcripta in verbis Iehú filij Hananí, de quo ſit mentio in libro Regum Iſrahæliſ.

35 Poſt hæc ſocietatem iniiit Iehowſaphát Rex Iehudáh cum Anhaziáh rege Iſrahæliſ: qui impiè egit faciendo:

36 Societatem inquam iniiit cum eo, vt faceret naues quæ irent in Tharſiſ: feceruntq; naues in Exſion-gáber.

37 Vaticinatus eſt itaque Eliyézer filius Dodauáhu de Mareſáh contra Iehowſaphát, dicendo, Quia ſocietatem iniiſti cum Anhaziáhu, diſſipauit Iehouáh opera tua. Et confractæ ſunt naues, neque valuerunt ire in Tharſiſ.

CAPVT XXI.

1 Moritur Iofaphat. 2 Filij Iofaphat. 4 Regnat Ioram pater moſenitus Iofaphat. Occidit fratres. 6 Vxor Ioram abducit eum ad idola. 9 Edom rebellis Iudæa percutitur. 10 Iudæa

C 4

rebellis iude. 12 Elifaus qui hoc loco Elias dicitur, missis literis ad Ioram, predicat ei interitum, & quare. 16 Deus concitat Philistinios contra Ioram. 18 Ioram alui languore interit.

- D**ormiuit autem Iehosaphat cum patribus suis, & sepultus est cum illis in Ciuitate Dauidis: regnauitque Iehoram filius eius pro eo.
- F**uerunt autem ei fratres filij Iehosaphat, Azariah, & Iehihiel, & Zechariah, & Azariah, & Michahel, & Sephatiah: omnes isti, filij Iehosaphat Regis Iſrahel.
- D**ederat autem eis pater eorum dona multa argenti, & auri, & rerum pretiosarum, cum urbibus munitis in Iehudah: regnum autem dederat Iehoram, quod ille esset primogenitus.
- S**urrexit itaque Iehoram super regnum patris sui: & quum corroborasset sese, occidit omnes fratres suos gladio, & etiam quosdam de principibus Iſrahel.
- T**riginta duorum annorum erat Iehoram quum regnare cepit, & octo annis regnauit in Ierusalaim.
- A**mbulauitque per viam Regum Iſrahel, quemadmodum fecerat domus Athab: filia enim Athab fuit ei vxor: fecitque malum in oculis Iehouae.
- N**oluit autem Iehouah disperdere domum Dauidis propter foedus quod pepigerat cum Dauide, & ut faceret quemadmodum dixerat, quod daret ei lucernam, & filiis eius omnibus diebus.
- I**n diebus eius defecit Edom, ne esset sub manu Iehudah, & regnare fecerunt super se Regem.
- T**ransiuit itaque Iehoram cum principibus suis, & omni curru cum eo: surrexitque nocte, & percussit Edom qui circumdederat eum, & principes curruum.
- D**efecit igitur Edom, ne esset sub manu Iehudah, vsque ad diem hanc: tunc defecit Libnah tempore ipso, ne esset sub manu eius, quod Iehoram dereliquisset Iehouam Deum Patrum suorum.
- E**tiam ipse fecit excelsa in montibus Iehudah, & fornicari fecit habitatores Ierusalaim, & impulit Iehudah.
- P**eruenit autem ad eum scriptura ab Eliahu propheta, in hanc sententiam, Sic dixit Iehouah Deus Dauidis Patris tui, Propterea quod non ambulasti in viis Iehosaphat patris tui, & in viis Asa regis Iehudah:
- S**ed ambulasti in via Regum Iſrahel, & fornicari fecisti Iehudah & habitatores Ierusalaim sicut fornicata est domus Athab, & insuper fratres tuos familiam patris tui, meliores te, occidisti:
- E**cce Iehouah percutit plaga magna populum tuum, & filios tuos, & vxores tuas, atque cunctam substantiam tuam:
- T**u autem eris in infirmitatibus multis, id est, in infirmitate intestinorum tuorum, donec egrediantur intestina tua praefirmitate per singulos dies.
- S**uscitauit itaque Iehouah contra Iehoram spiritum Peliſthim & Arabum qui erant ad fines Aethiopum.
- Q**ui ascendentes in Iehudah, irruerunt in eam, & diripuerunt omnem substantiam quae inuenta est in domo regia, atque etiam filios eius, &

vxores eius, nec remansit ei filius nisi Iehozabab minimus filiorum eius.

Et post haec omnia percussit eum Iehouah in intestinis eius infirmitate cui non erat medela.

Fuit autem, post multos dies, maxime postquam venit finis illorum duorum annorum, egressa sunt intestina eius cum infirmitate eius, mortuusque est infirmitatibus malis: nec fecerunt ei populus eius combustionem secundum combustionem Patrum eius.

Triginta duorum annorum erat quum regnare cepit, & octo annis regnauit in Ierusalaim: ambulauitque absque ullo desiderio. & sepelierunt eum in Ciuitate Dauidis, sed non in sepulchris Regum.

CAPVT XXII.

Ochozias Iora succedit. **O**chozias impius. **B**ellum Ochoziae & Ioram contra Hazael Regem Syriae. **V**oluntate Dei Iehu Ochoziam occidit. **A**thalia mater Ochoziae occidit semen regium. **I**oas filius Ochoziae absconditur.

Constituerunt autem Regem habitatores Ierusalaim Athaziah filium eius minimum pro eo: omnes enim priores occiderat exercitus qui venerat cum Arabibus ad castra illa. regnauit itaque Athaziah filius Iehoram Regis Iehudah.

Quadragesimum duorum annorum erat Athaziah quum regnare cepit, & anno vno regnauit in Ierusalaim. nomen autem matris eius Athalia filia Omri.

Etiam ipse ambulauit in viis domus Athab: mater enim eius consuluerat ei ut impiè ageret.

Fecit igitur malum illud in oculis Iehouae, sicut domus Athab: ipsi enim fuerunt ei consultores post mortem patris sui, ad perditionem eius.

Quin ipse iuxta consilium eorum ambulauit: & profectus est cum Iehoram filio Athab Rege Iſrahel: ad bellum contra Hazael Regem Aram in Ramoth Gilyad: vbi percussere Aramaei Ioram.

Reuerſus est itaque ut curaret se in Izreuel, quia plaga erant ei, quibus percusserant eum in Ramah dum pugnaret cum Hazael Rege Aram: Azariah autem filius Iehoram Regis Iehudah, descendit ut videret Iehoram filium Athab in Izreuel, quia aegrotabat.

A Deo autem erat conculcatio Athaziah, ut veniret ad Ioram. nam quum venisset, egressus est cum Ioram ad Iehu filium Nimſi, quem vnixerat Iehouah ut succideret domum Athab.

Fuit itaque, quum iudicium faceret Iehu cum domo Athab, inuenit principes Iehudah, & filios fratrum Athaziah ministrantes ipsi Athaziah, & interfecit illos.

Quasiuit & ipsum Athaziah: quem comprehedit: (ipse autem delitescerat in Someron) adduxerunt itaque eum ad Iehu, qui interemerunt eum, sepelieruntque eum: dixerunt enim, Filius est Iehosaphat qui quasiuit Iehouam toto corde suo. non erat autem domui Athaziah ut retinere posset potentiam ad occupandum regnum.

Porro Athalia mater Athaziah videns quod mortuus esset filius suus, surrexit, & interfecit omne semen regium familiae Iehudah.

Tulit autem Iehosabyath filia Regis ipsum Ioas

4. Reg. 8. c.

16

2. Reg. 7. b.

12

4. Reg. 8. f.

24

B

C

4. Reg. 15.

4. 1

D

II. Paralip.

דברי הימים ב 309

Ioāws filium Anhaziāhu, & furata est eum ē medio filiorum Regis qui interficiebātur, pofuitque eum & nutricem eius in cubiculo lektorum: & abscondit eum Iehowfabyāth filia Regis Iehorā, vxor Iehoiadāy sacerdotis, (ipfa enim erat foror Anhaziāhu) à facie Athaliāhu, ne interimeret eum.

12 Et fuit cum eis in domo Dei absconditus sex annis: Athaliāh autem regnabat super terram.

CAPVT XXIII.

1 Ioas filius Ochozja regitur in Regem. 12 Athalia iussu Ioiadae Pontificis interficitur. 17 Destruit populus domum Baal.

4. Reg. 11.
4.4

1 Anno autem septimo confirmatus est Iehoiadāy, & assumpsit centuriones Azariāh filiū Ieronhām, & Iŵsmayel filium Iehonhanān, & Azariāhu filium Obēd, & Mayawfeiāhu filū Adaiāhu, & Eliŵsaphāt filium Zichri, secum in federe.

2 Circumeuntes verò Iehudāh, congregauerunt Leuitas de cunctis urbibus Iehudāh, & principes familiarum Iŵsraēlis, & uenerunt in Ierufalāim.

3 Percussit autem uniuersus cœtus fœdus in domo Dei cum Rege: dixerat verò illis, Ecce filius Regis regnabit, sicut loquutus est Iehouāh super filios Dauidis.

4 Hoc ergo est quod facietis, Tertia pars uestrum qui uenitis ad Sabbathum, ex Sacerdotibus & Leuitis, erit in ianitores liminum.

5 Tertia uerò pars erit in domo Regis, & tertia pars ad portam Fundamenti: omnis autē populus erit in atriis domus Iehouæ.

6 Neq; quisquam ingrediatur domum Iehouæ, nisi Sacerdotes, & qui ministrant de Leuitis: hi ingrediantur, quia sanctitas sunt: & omnis populus obseruent custodiam Iehouæ.

7 Et circundabunt Leuitæ Regem undique, quisque habebit instrumēta sua in manu sua: & qui ingressus fuerit domum, interficiatur: & estote cum Rege quum ingredietur & quum egredietur.

8 Fecerunt ergo Leuitæ & uniuersus Iehudāh iuxta omnia quæ præceperat Iehoiadāy Sacerdos, assumpseruntque singuli viros suos uenientes ad sabbathum cum egredientibus ē sabbatho: non enim dimiserat Iehoiadāy Sacerdos classes.

9 Et dedit Iehoiadāy Sacerdos centurionibus lanceas, & clypeos, & peltas quæ fuerant Regis Dauidis, quæ erant in domo Dei.

10 Constituitque uniuersum populum, (& singuli gladios habebant in manu sua) à latere domus dextero vsque ad latus domus sinistrum, iuxta altare & domum, iuxta Regem per circuitum.

11 Tunc eduxerunt filium Regis, posueruntque super eum diadēma, & ornamentum: & Regem constituerunt eum, uixeruntque eum Iehoiadāy & filij eius, atque dixerunt, uiuat Rex.

12 Quum autem audisset Athaliāhu sonitū populorum currentium, & laudantium Regem, tum uenit ad populum in domum Iehouæ.

13 Quæ quum circumspexisset, ecce, Rex stabat iuxta columnam suam in introitu, & principes & tubæ iuxta Regem, & uniuersum populum terræ lætantem, & clangentem tubis, &

cantores cum instrumentis musicis, & scientes laudare: scidit Athaliāhu uerba sua, ac dixit, Coniuratio, coniuratio.

14 Eduxit autem Iehoiadāy Sacerdos centuriones, præfectos exercitus, dicens illis, Educite illam extra septa: & qui iuerit post eam, interficiatur gladio. Dixerat enim Sacerdos, Ne interficiatis eam in domo Iehouæ.

15 Imposuerunt itaque ei manus, & ingressa est ad introitum portæ equorum domus regie, & interfecerunt eam ibi.

16 Pepigit autem Iehoiadāy fœdus inter se & uniuersum populum & Regem, ut esset populus Iehouæ.

17 Ingressi sunt itaque uniuersus populus domum Bayal, & destruxerunt eam, altaria quoque eius, & simulachra eius confregerunt: Marthan præterea sacerdotem Bayal occiderunt ante altaria.

18 Posuitque Iehoiadāy præpositos domus Iehouæ in manu Sacerdotum & Leuitarū, quos distribuerat Dauid in domo Iehouæ ut offerrent holocausta Iehouæ, sicut scriptum est in Lege Moŵsēh, in lætitia & cantico, per manus Dauidis.

19 (Constituit autem ianitores ipsos ad portas domus Iehouæ, & non ingrediebatur imundus in qualibet re.)

20 Postea assumpsit centuriones, & magnates, & eos qui dominabantur populo, & omnem populum terræ, & deduxit Regem de domo Iehouæ, & uenerunt per medium portæ superioris quæ erat in domo Regis, & sedere fecerunt Regem super solium regni.

21 Lætati sunt ergo uniuersus populus terræ, & urbs ipsa quieuit: Athaliāhu autem interfecerunt gladio.

CAPVT XXIIII.

1 Ioas præceptore Ioiada legem seruat. 4 Ioas instaurat templum Domini. 15 Moritur Ioiada: quo mortuo declinat Ioas ad idololatram. 19 Iussu Ioas interficitur Zacharias propheta à Deo missus. 23 Syri numero pauci uincunt Iudam, eo quod Dominum reliquisset. 25 Ioas interimitur à seruis suis. 27 Amasias filius regnat pro mortuo patre.

1 Septem annorum erat Ioāws quum regnare cepit, & quadraginta annis regnauit in Ierufalāim: nomen autem matris eius Sibbiāh de Bexer-ŵsēbay.

2 Fecitque Ioāws rectum in oculis Iehouæ, omnibus diebus Iehoiadāy Sacerdotis.

3 Accepit autem illi Iehoiadāy uxores duas, genuitque filios & filias.

4 Post hæc uerò fuit in animo ipsi Ioāws ut instauraret domum Iehouæ.

5 Congregauitque Sacerdotes & Leuitas, ac dixit eis, Egredimini ad urbes Iehudāh, & colligite ab uniuerso Iŵsraēle argentum ut instaretur domus Dei uestri per singulos annos, uos autem accelerate negotium. Et non accelerauerunt Leuitæ.

6 Propterea uocauit Rex Iehoiadāy principē, & dixit ei, Cur nō perquisisti à Leuitis ut afferret de Iehudāh & de Ierufalāim munus Moŵsēh serui Iehouæ, & à cōgregatione Iŵsraēlis, in tabernaculum testimonij?

7 Athaliāhu enim impia & filij eius destruxerunt domū Dei, quinetiam omnes sanctificationes domus Iehouæ impederunt in idolis.

8 Dixit igitur Rex, & fecerunt arcam unam, quam

4. Reg. 12. 4. 1

B

quam posuerunt ad portam domus Iehouæ foris.

9 Et promulgarunt in Iehudáh & Ierusaláim ut afferrent Iehouæ donum Moyses serui Dei super Ierusalem in deserto.

10 Et lætati sunt omnes principes, atque uniuersus populus, & attulerunt, conieceruntque in arcam donec consummassent.

11 Fuit autem, tempore quo afferebat arcam ad presertim Regis per manum Leuitarum, quum viderent quod multum esset argentum, tunc veniebat Scriba Regis, & presertim Sacerdotis primi, & effundebant arcam: postea reportabant eam, & reponebant eam in locum suum. sic faciebant per singulos dies: congregaueruntque argentum in multitudine.

12 Et dedit illud Rex & Iehoiadáy facienti opus ministerij domus Iehouæ: conduxeruntque caesores & artifices ad instaurandam domum Iehouæ, & etiam fabros ferri & æris ad fortificandam domum Iehouæ.

13 Fecerunt itaque operarij, & sanatum est opus manibus illorum, & restituerunt domum Dei in dispositionem suam, ac roborauerunt eam.

14 Quum autem consummassent, attulerunt eam Rege & Iehoiadáy residuum argenti, feceruntque ex eo vasa domui Iehouæ, vasa inquam ministerij, & mortaria, & cochlearia, vasa quoque aurea & argentea: offerebantque holocausta in domo Iehouæ iugiter cunctis diebus Iehoiadáy.

15 Senuit autem Iehoiadáy saturatus diebus, ac mortuus est: centum & triginta annorum erat quando mortuus est.

16 Sepelieruntque eum in ciuitate Davidis cum Regibus, quod fecisset bonum in Ierusalem & cum Deo ac domo eius.

17 Postquam autem mortuus est Iehoiadáy, venerunt principes Iehudáh, & incurauerunt se Regi, tunc obtemperauit eis Rex.

18 Et dereliquentes domum Iehouæ Dei Patrum suorum, seruiert lucis, & sculptilibus: fuit itaque ira contra Iehudáh & Ierusaláim propter delictum suum istud.

19 Et misit Iehouah ad eos, Prophetas, ut reuocarent illos ad se, & testificati sunt eis, & non auscultauerunt.

20 Spiritus autem Dei induit Zechariah filium Iehoiadáy sacerdotis, & stetit desuper populum, ac dixit eis, Sic dixit Deus, Cur transgredimini precepta Iehouæ? non prospere cedet: quia dereliquistis Iehouam, ipse quoque derelinquet vos.

21 Illi autem coniuratione facta aduersum eum, obruerunt eum lapidibus, de mandato Regis, in atrio domus Iehouæ.

22 Nec recordatus est Ioas Rex, misericordie quam fecerat Iehoiadáy pater eius cum eo, sed interfecit filium eius: quum autem moreretur, dixit, Videat Iehouah & requirat.

23 Fuit autem in reuolutione anni, ascendit contra eum exercitus Aram, veneruntque contra Iehudáh & Ierusaláim, & perdiderunt omnes principes populi de populo, & omnia spolia eorum miserunt ad Regem Darmesec.

24 Quia cum paucis viris venerat exercitus Aram, ideo Iehouah tradidit in manum eorum exercitum in multitudine valde, quod reli-

Exo. 30. b. 11

C

D

E

F

Matt. 23. d. 35

A

G

quissent Iehouam Deum Patrum suorum: cum Ioas quoque fecerunt iudicia.

25 Et quum recessissent ab eo, dereliquerunt certe eum in languoribus multis. coniuauerunt autem contra eum serui sui propter sanguinem filiorum Iehoiadáy sacerdotis, & occiderunt eum in lecto suo, & mortuus est: sepelieruntque eum in Ciuitate Davidis, nec sepelierunt eum in sepulchris Regum.

26 Isti vero sunt qui coniuauerunt contra eum: Zabád filius Simyath Ammonithidis, & Iehozabád filius Simrith Moabithidis.

27 Filij autem eius, & quomodo multiplicatum fuerit munus apud eum, & fundamentum domus Dei, ecce scripta sunt in commentario libri Regum. regnauit autem Amasiah filius eius pro eo.

CAPVT XXV.

1 Amasias quo sue ætatis anno regnare cepit, & quantum regnauit. 3 Amasias occidit seruos interfectores patris sui. 5 Amasias congregat exercitum. 7 Monetur Amasias ne viribus humanis fidat. 11 Percutit Amasias Idumæos. 14 Amasias adorat deos Idumæorum. 15 Corripitur à Domino. 17 Voluntate Dei traditur Amasias in manus hostium. 27 Occiditur Amasias.

1 V iginti quinque annorum erat quando regnare cepit Amasiah: & viginti noue annis regnauit in Ierusaláim. nomen autem matris eius, Iehoyadán de Ierusaláim.

2 Fecitque rectum in oculis Iehouæ, verum tamen non corde perfecto.

3 Fuit autem, quum roboratum esset regnum super eum, occidit seruos suos qui percusserant Regem patrem suum.

4 Filios autem eorum non fecit interire, sed fecit ut scriptum est in Lege in libro Moyses, in qua precepit Iehouah, dicendo, Non morientur patres pro filiis, neque filij morientur pro patribus, sed singuli pro peccato suo morientur.

5 Congregauit autem Amasiah Iehudáh, & constituit eos per domum familiarum tribunos, & centuriones in uniuerso Iehudáh & Biniamin: recensuitque eos à filio viginti annorum & supra, inuenitque ex eis trecenta millia electorum egredientium ad pugnam, tenentium hastam & clypeum.

6 Conduxit quoque mercede de Ierusalem centum millia fortium robore, centum talentis argenti.

7 Vir autem Dei venit ad eum, dicendo, O Rex, ne veniat tecum exercitus Ierusalem: quia Iehouah non est cum Ierusalem, nempe cum omnibus filiis Ephraim.

8 Quod si mihi non credis, veni, fac, roborare ad pugnam: cadere tamen faciet te Deus coram inimico: est enim fortitudo Deo ad adiuuandum & cadere faciendum.

9 Tunc dixit Amasiah Viro Dei, Sed quidnam agendum est de centum talentis que dedi exercitui Ierusalem? Respondit Vir Dei, Est Iehouæ ut det tibi multo plura his.

10 Separauit itaque eos Amasiah, exercitum scilicet qui venerat ad se de Ephraim, ut abiret ad locum suum: & iratus est furor eorum valde contra Iehudáh, reuerlique sunt ad locum suum in ira furoris.

11 Amasiah autem corroboratus, eduxit populum suum, & profectus est in vallé Salis, percussitque

Deut. 24. c. 16
4. Regu 14.
b. 6
Ezech. 18. c.
20

B

C

cussitque de filiis *Sevir* decem millia.

- D** 12 Decem item millia viuorum ceperunt filij Iehudáh, quos adduxerunt in verticem ipsius rupis, & præcipitauerunt eos è vertice rupis, & omnes hi crepuerunt.
- 13 Filij autem exercitus quem remiserat Amasíahu ne iret secum ad bellum, diffusi sunt in vrbibus Iehudáh à *Somerón* vsque ad Beth-*horón*: percusserunt autem ex eis tria millia, & diripuerunt prædam multam.
- 14 Fuit verò, postquá venisset Amasíahu à cædendo *Edomæos*, tunc adduxit deos filiorú *Sevir*, statuitque eos sibi in deos, & corá eis incurauit se, atque eis suffruit.
- 15 Propterea iratus est furor Iehouæ in Amasíahu, misitque ad eum Propheram, ac dixit ei, Vt quid quæstisti deos populi qui non eruerunt populum suum è manu tua?
- E** 16 Fuit autem, quum loqueretur ipse ad eum, dixit illi, Nunquid consiliarium Regi posuerunt te? cessa, quare percutiet te? Cessauit itaq; Prophera, ac dixit, Noui quòd cogitauerit Deus perdere te, quia fecisti hoc, & nõ paruisti consilio meo.
- 17 Consilium autem iniit Amasíahu Rex Iehudáh, & misit ad Ioáws filium Iehoanház filij Iehú, Regem *Iſraëlis*, dicendo, Veni, videamus nos facie.
- 18 Tū misit Ioáws Rex *Iſraëlis* ad Amasíahu Regem Iehudáh, huiusmodi responsum, Carduus qui est in *Lebanón*, misit ad cedrum quæ est in *Lebanón*, his verbis, Da filiam tuam filio meo vxorem. transiit autem bestia agri quæ erat in *Lebanón*, & cõculcauit carduum illum.
- F** 19 Dixisti, Ecce percussisti *Edóm*: tūc eleuauit te cor tuum ad honorificandum te. nūc mane domi tuæ, vt quid miscebis te *meum* in malum, vt corruas tu & Iehudáh tecum?
- 20 Et non acquieuit Amasíahu, quia à Deo erat vt traderet eos in manú *hostis*, quia quæsierant deos *Edóm*.
- 21 Ascendit ergo Ioáws Rex *Iſraëlis*, & viderūt sese facie, ipse & Amasíahu Rex Iehudáh in Beth-*semes*, quæ est in Iehudáh.
- 22 Et cæsus fuit Iehudáh coram *Iſraële*, fugeruntque singuli ad tabernacula sua.
- 23 Amasíahu verò Regé Iehudáh filiú Ioáws filij Iehoanház, cepit Ioáws Rex *Iſraëlis* in Beth-*semes*, & adduxit eum in Ierusaláim, diruitque murum Ierusaláim à porta *Ephraim* vsq; ad portam anguli quadringentis cubitis.
- G** 24 Totúmque aurum, & argentum, atq; omnia vasa quæ inuenta sunt in domo Dei apud *Obed-Edóm*, & in thesauris Regis, filios quoque nobiles reduxit in *Somerón*.
- 25 Vixit autem Amasíahu filius Ioáws Rex Iehudáh postquam mortuus est Ioáws filius Iehoanház Rex *Iſraëlis*, quindecim annis.
- 26 Reliquum autem verború Amasíahu priorum & posteriorum, nõnne ecce scripta sunt in libro Regum Iehudáh & *Iſraëlis*?
- 27 A tempore autem quò defecit Amasíahu à Iehoua, coniuauerunt contra eum coniurationem in Ierusaláim, & fugit in *Lachis*: miserunt autem post eum in *Lachis*, & interfecerunt eum ibi.

28 Tuleruntque eum super equos, & sepelierunt eum cum patribus suis in Ciuitate Iehudáh.

CAPVT XXVI.

1 Ozias pius constituitur Rex pro Amasia. 5 Quære Deum. 6 Pugnât contra Philisthym. 10 Ozias agricultura deditus. 11 Exercitus Ozias. 16 Ozias contra Dei præcepta vsurpans officium sacerdotum, percutitur lepra. 18 A sacerdotibus corrumpitur Rex. 21 Ioatham filius Ozias. 23 Moritur Ozias.

- T** Vlerunt autem vniuersus populus Iehudáh *Vzziah* (is autè erat sedecim annorum) & Regem constituerunt eum pro patre suo Amasíahu.
- 2 Ipse ædificauit *Elóth*, & restituit eam ipsi Iehudáh, postquam dormisset Rex cum patribus suis.
- 3 Sedecim annorum erat *Vzziah* quū regnare cœpit, & quinquaginta duobus annis regnauit in Ierusaláim. nomè autem matris eius Iecholiáh de Ierusaláim.
- 4 Is fecit quod rectum erat in oculis Iehouæ, iuxta omnia quæ fecerat Amasíahu pater ei.
- 5 Et quæsiuit Deum in diebus *Zechariah* intelligentis visiones Dei: in diebus autem quibus quæsiuit Iehouam, prosperū ei successum dedit Deus.
- 6 Nam egressus, pugnauit cõtra *Pelishim*, & rupit murum *Gath*, atque murum *Iabneh*, & murum *Azod*: & ædificauit vrbes in *Azod* & in *Pelishim*.
- B** 7 Adiuuit quoque eum Deus contra *Pelishim* & contra *Arabes* qui habitabant in *Gur-bayal* & *Hameyunim*.
- 8 Dederuntque *Ammonitæ* munus ipsi *Vzziah*, abiitque nomen eius vsque ad introitum *Egypti*: quia robustus fuit vsque in excelsum.
- 9 Ædificauit præterea *Vzziah* turres in Ierusaláim super portá anguli, & super portá vallis, & super portam anguli, & muniuit eas.
- 10 Extruxit etiam turres in deserto, & fodit cisternas multas, quia grex multus erat ei: & in campestribus & in planitie: agricolæ & vinetores in montibus & in *Charmel*: quia diligebat terram.
- 11 Fuit quoque ipsi *Vzziah* exercitus faciendum bellum, ingredientium ad pugnam in turma, iuxta numerum quo recensiti fuerant per manum *Leui* scribæ, & *Mayasseiah* præfecti, de mandato *Hananiahu*, qui erat de principibus Regis.
- 12 Omnis numerus principum familiarum ex fortibus robore, duorum millium & sexcentorum.
- 13 Et sub imperio eorum exercitus militiæ trecentorum & septem millium, atque quingentorum pugnantium cum fortitudine roboris, vt opem ferrent Regi contra inimicum.
- C** 14 Præparauit autem ipse *Vzziah*, nimirum cuncto exercitui, clypeos, & hastas, & galeas, & loricas, & arcus, & lapides fundarum.
- 15 Fecit item in Ierusaláim machinas arte artificis, vt essent super turres, & super angulos, ad iaculandas sagittas & lapides grandes: egressumque est nomen eius procul, eo quòd mirabilem sese præstitit, adiuuado seipsum, donec roboratus est.
- 16 Quum autem roboratus esset, eleuatum est cor eius, donec corrumperet sese: & præuaricatus

4. Reg. 14. f. 21, & 15. d. 1

B

C

tus est cōtra Iehouam Deum suum : ingressus nanq; est templum Iehouæ, vt suffiret super altare suffimenti.

17 Ingressus est autem post eum yAzariáhu sacerdos, & cum eo Sacerdotes Iehouæ octoginta, filij robusti:

18 Steteruntq; contra yVzziiáhu Regem, & dixerunt ei, Non est tuum yVzziiáhu, suffire Iehouæ: sed Sacerdotum filiorum Aharón, qui sanctificati sunt, est suffire. egredere de Sãctuario: quia præuaricatus es, neq; erit tibi ad gloriam à Iehoua Deo.

D 19 Iratus est itaque yVzziiáhu, (in manu autem sua habebat suffimētum vt suffiret) quūque irascereret cōtra Sacerdotes, lepra exorta est in frōte eius coram Sacerdotibus in domo Iehouæ apud altare suffimenti.

20 Tum aspexit eum yAzariáhu sacerdos summus: & omnes Sacerdotes, & en erat leprosus in fronte sua. proinde festinanter egredi fecerunt eum inde: & etiam ipse compulsus est egredi: quia percusserat eum Iehouáh.

4.Reg.15.4.9 21 Fuitq; yVzziiáhu rex leprosus vsq; ad diem quo mortuus est, habitauitque in domo libera leprosus, quia excisus fuerat à domo Iehouæ. Iothám autem filius eius erat super domū Regis, ius dicens populo terræ.

22 Reliquum autem verborū yVzziiáhu priorum & posteriorum scripsit Iewlayiáhu filius Amóys, propheta.

23 Et dormiuit yVzziiáhu cum patribus suis, & sepelierunt eum cum patribus suis in agro sepulturæ qui erat Regibus: dixerunt enim, Leprosus est. Et regnauit Iothám filius eius pro eo.

CAPVT XXVII.

3 Regnat pius Iothám filius Ozia. 5 Vincit Ammonitas. 9 Mortuo Iothám succedit Achaz.

4.Regum 15. 2. 32 1 Viginti quinque annorum erat Iothám quum regnare cōp̄pit, & sedecim annis regnauit in Ierusaláim: nomen autē matris eius Ierusaláh filia ySadóc.

2 Fecitque rectum in oculis Iehouæ, iuxta omnia quæ fecerat yVzziiáhu pater eius: verūtamen non est ingressus templum Iehouæ: & adhuc populus erat corrupens vias suas.

B 3 Is ædificauit portam domus Iehouæ excelsum, & in muro arcis ædificauit multum.

4 Urbes præterea ædificauit in monte Iehudáh, & in saltibus ædificauit palatia & turre.

C 5 Is etiam bellum gessit cum Rege filiorum yAmmón, & roboratus est super eos: dederuntque ei filij yAmmón ipso anno centum talenta argenti, & decem millia cororum tritici, atque hordei decem millia. hoc reddiderunt ei filij yAmmón etiam anno secundo & tertio.

D 6 Roboratus est ergo Iothám quod præparasset vias suas coram Iehoua Deo suo.

7 Reliquum autem verborum Iothám, & omnia bella eius, & viæ eius, ecce ea sunt scripta in libro Regum Iŵsraëlis & Iehudáh.

8 Viginti quinque annorum erat quum regnare cōp̄pit, & sedecim annis regnauit in Ierusaláim.

9 Dormiuitque Iothám cum Patribus suis, & sepelierunt eum in Ciuitate Dauidis: regnauitque Anház filius eius pro eo.

1 Impietates Achaz Regis Iuda. 5 Traditur in manus Regis Syriae. 6 Phacee occidit bellatores Iuda. 7 Israhelita vaditans tribum Iuda. 9 Oded propheta arguit filios Israel crudelitatis in Iudam. 14 Remittit Israel captiuos Iuda. 17 Iuda affligitur ab Idumæis et Philistinis propter impietatem Regis sui. 23 Imolat Achaz dijs Damasci, frustra sperans auxilium ab eis, 27 Moritur Achaz.

1 Viginti annorum erat Anház quū regnare cōp̄pit, & sedecim annis regnauit in Ierusaláim, & non fecit rectum in oculis Iehouæ sicut Dauid pater eius: 4.Reg.16. 4.2

2 Sed ambulauit per vias Regum Iŵsraëlis, & etiam statuas fecit idolis.

3 Ipse præterea suffiuit in valle Ben-hinnóm, & combussit filios suos igni iuxta abominationes gentium quas expulerat Iehouáh à facie filiorum Iŵsraëlis.

4 Immolauit & suffiuit in excelsis, & super colles, & sub omni ligno viridi.

5 Tradidit itaque eum Iehouáh Deus eius in manum Regis Arám, & percusserunt eum, ceperuntque ex eo prædam magnam, quā adduxerunt Darmewiéc: atque etiam in manū Regis Iŵsraëlis traditus est, qui percussit eum plaga magna.

6 Occidit enim Pécanh filius Remaliáhu in Iehudáh centum & viginti millia die vno, omnes filios roboris: eo quod dereliquissent Iehouam Deum Patrum suorum.

7 Occidit præterea Zichri potens ex Ephráim, Mayawsiáhu filium Regis, & Azricám ducem domus, & Elnhanáh secundum à Rege.

8 Ceperunt quoq; filij Iŵsraëlis de fratribus suis ducéta millia mulierum, filiorum & filiarum, & etiam spolia multa diripuerūt ab eis, & adduxerunt spolia in ŵSomerón.

9 Ibi autem erat Propheta Iehoué cui nomen erat yOdéd: qui egressus in conspectum exercitus qui veniebat in ŵSomerón, dixit ei, En propter iram Iehouæ Dei Patrum vestrorum cōtra Iehudáh, tradidit eos in manū vestram, & occidistis eos in furore qui vsque ad cælum peruenit. B

10 Et nunc filios Iehudáh & Ierusaláim statuitis subiicere in seruos & ancillas vobis: nõne verè vos estis tales ut vobiscum sint delicta contra Iehouam Deum vestrum?

11 Nunc itaque audite me, & reducite captiuitatem quam captiuam duxistis de fratribus vestris: alioqui ira furoris Iehouæ erit super vos.

12 Surrexerunt autem viri de primoribus filiorum Ephráim, yAzariáhu filius Iehonhanán Berechiáhu filius Miŵsillemoth, & Iehizciáhu filius ŵSallúm, & yAmawsiá filius nHadlái aduersus eos qui veniebant è pugna:

13 Et dixerunt eis, Ne adducatis captiuitatem huc, quia in delictum contra Iehouam erit super nos. vos statuitis addere super peccata nostra, & super delicta nostra: magnum enim delictum est nobis, & ira furoris erit super Iŵsraëlem.

14 Dereliquit igitur exercitus captiuitatem & prædam illam coram principibus & toto cœru.

15 Et surrexerunt viri qui nominati sunt per nomina, & ceperunt captiuitatem illam, & omnes nudos eorum vestierunt de spoliis, vestierunt C

vestierunt inquam illos, & calceauerunt eos, cibaueruntque eos, ac potauerunt eos, unxerunt quoque eos, atque deduxerunt eos in asinis omnem infirmum, adduxeruntque eos in Ieremhó ciuitatem palmarum ad fratres eorú: postea reuersi sunt in Somerón.

16 Tempore illo misit Rex Anháaz ad Reges Assúr, vt sibi opem ferrent.

17 Adhuc autem Edomái venerunt, & percusserunt de Iehudáh, ceperuntque captiuos.

18 Peliwthim præterea diffuderunt se per vrbes planitiei, & ad Meridiem Iehudáh: ceperuntque Beth-wsemews, & Aialón, & Gederóth, & Sochó & villas eius, & Thimnáh & villas eius, & Gimzó & villas eius, habitaueruntque ibi.

19 Humiliauerat enim Iehouáh ipsum Iehudáh propter Anháaz Regé Iwfraxelis, quia cesare fecerat cultum de Iehudáh, & præuaricando præuaricatus fuerat in Iehouam.

D 20 Venit itaq; ad eú Thilgáth Pilnecóser Rex Assúr, qui fuit illi oneri, nec roborauit eum.

21 Diuisit enim Anháaz domum Iehouæ & domum Regis, & principum, & dedit Regi Assúr, nec tamen fuit illi auxilio.

22 Tempore autem quo erat angustiis affectus, addidit vt præuaricaretur in Iehouam: ipse est Rex Anháaz.

23 Immolauit namque diis Darméwsec qui percusserant eum: dixitque, Quandoquidem dii Regum Arám adiuuant eos, illis immolabo, vt adiuuet me: quum tamen ipsi fuerint illi ruinæ & vniuerso Iwfraxeli.

24 Congregauit quoque Anháaz vasa domus Dei, & confregit vasa domus Dei, clausitque ostia domus Iehouæ, & fecit sibi altaria in omni angulo in Ierusaláim.

25 Sed & in singulis vrribus Iehudáh fecit excelsa vt incensum offerret diis alienis, & ad iram prouocauit Iehouam Deum Patrum suorum.

26 Reliquum autem verborum eius, & omniú viarum eius, priorum & posteriorum, ecce, ipsa scripta sunt in libro Regú Iehudáh & Iwfraxelis.

27 Dormiuit autem Anháaz cum patribus suis, & sepelierunt eum in ciuitate in Ierusaláim: non enim adduxerunt eum ad sepulchra Regum Iwfraxelis. regnauitque Iehizciiáhu filius eius pro eo.

CAPVT XXIX.

1 Impio Achaz, succedit pius Ezechias. 3 Instaurat templum Domini. 5 Oratio Ezechie ad Leuitas, qua docet populum astigi propter neglectum Dei cultum. 15 Sacerdotes & Leuita mundant domum Dei. 20 Ezechias cum principibus ciuitatis ascendit in templum, sacrificaturus. 26 Canunt Deo laudes. 30 Hymni Davidis & Asaph Videntis. 31 Laudes. 32 Numerus holocaustorum.

4. Reg. 18. 4. 1 Iehizciiáhu regnare cœpit quum esset viginti quinque annorum, & viginouem annis regnauit in Ierusaláim: nomen autem matris eius Abiiáh filia Zechariáhu.

2 Fecitque rectum in oculis Iehouæ iuxta omnia quæ fecerat Dauid pater eius.

3 Ipse anno primo regni sui, mense primo aperuit ostia domus Iehouæ, & instaurauit illa.

4 Fecitque venire Sacerdotes atque Leuitas, colligens eos in platea Orientali:

5 Dixitque eis, Audite me Leuitæ: nunc san-

ctificate vos, sanctificate quoque domum Iehouæ Dei Patrum vestrorum, & educite immunditiam de Sanctitate.

6 Nam præuaricati sunt patres nostri, & fecerunt malum in oculis Iehouæ Dei nostri, derelinqentes eum, & auertentes facies suas à tabernaculo Iehouæ, tradentes ceruicem.

7 Etiam clauserunt ostia porticus, & extinxerunt lucernas, suffimentumque non suffierunt, nec holocaustum obtulerunt in Sanctitate Deo Iwfraxelis. B

8 Propterea fuit ira Iehouæ super Iehudáh & Ierusaláim, tradiditque eos in commotionem, in desolationem, & in sibilum, quemadmodum vos cernitis oculis vestris.

9 Et en corruerunt patres nostri gladio, & filij nostri & filia nostræ, atque vxores nostræ in captiuitatem illam propter hoc.

10 Nunc igitur cum corde meo est percutere fœdus cum Iehoua Deo Iwfraxelis, vt auertat à nobis iram furoris sui.

11 Filij mei nunc ne erretis: vos enim elegit Iehouáh, vt stetis coram eo ad ministrandum ei, vt sitis ei ministri, & thus offeratis.

12 Surrexerunt itaque Leuitæ, Marháth filius yAmawái, & Ionél filius yAzariáhu, de filiis Cahathitarú: de filiis verò Merari, Cius filius yAbdi, & yAzariáhu fili⁹ Iehalexel: & de Gerwunitis, Ioáñh filius Zimmáh, & yEden filius Ioáñh. C

13 De filiis quoque yElisaphán, ySimri, & yIxél: de filiis autem Aoláph, Zechariáhu, & Marthaniáhu.

14 Et de filiis Hemán, Iehnhixél, & ySimy: de filiis verò Ieduthún, ySemayaiah, & yVzziél.

15 Congregaueruntque fratres suos: qui sanctificati, ingressi sunt iuxta mandatum Regis cum verbis Iehouæ ad mundandum domum Iehouæ.

16 Ingressi sunt inquam Sacerdotes in domum Iehouæ ad mundandum, & eduxerunt omnem immunditiam quam inuenerunt in templo Iehouæ, in atrio domus Iehouæ: susceperunt autem Leuitæ, vt educerent ad torrentem Cidrón foras.

17 Cœperunt autem in prima mensis primi sanctificare, & die octaua mensis ingressi sunt porticum Iehouæ, sanctificaueruntque domum Iehouæ diebus octo, & die decima sexta mensis primi perfecerunt.

18 Ingressi sunt itaq; intrò ad Iehizciiáhu Regem, ac dixerunt, Mundauimus totam domum Iehouæ, & altare holocausti, & omnia vasa eius, & mentam dispositionis, ac omnia vasa eius. D

19 Omnia quoque vasa quæ neglexerat Rex Anháaz in regno suo, dum præuaricaretur, præparauimus & sanctificauimus, & ecce, illa sunt coram altari Iehouæ.

20 Mane itaque surrexit Iehizciiáhu Rex, congregauitque principes ciuitatis, & ascendit in domum Iehouæ.

21 Adduxerunt autem tauros septem, & arietes septem, & agnos septem, & hircos caprarum septem in sacrificium pro peccato, pro regno, & pro Sanctuario, & pro Iehudáh: dixitque filiis Aharón Sacerdotibus vt offerrent super altare Iehouæ.

22 Mactauerunt itaque boues, & exceperunt Sacerdotes sanguinem, ac sparserunt super al-

- tare: mactauerunt & arietes, ac sparserunt sanguinem super altare.
- 23 Applicuerunt præterea hircos sacrificij pro peccato corâ Rege & cœtu, imposueruntque manus suas super eos.
- E** 24 Mactauerunt autem eos Sacerdotes, & expiauerunt sanguinem eorum super altare, ad expiandum vniuersum Iŵfraxelem: nam pro vniuerso Iŵfraxele iussit Rex fieri holocaustum & sacrificium pro peccato.
- 25 Statuitque Leuitas in domo Iehouæ cum cymbalis, psalteriis, & citharis, iuxta præceptum Dauidis, & Gád Videntis Regis, & Nathán Prophetæ: quia per manum Iehouæ illud fuit præceptum, per manum Prophetarum eius.
- F** 26 Steterunt itaque Leuitæ illi cum instrumentis musicis Dauidis, & Sacerdotes cum tubis.
- 27 Iussit inquam Iehizciahu vt offerrent holocaustum ipsum super altare. quo tempore autem cœpit holocaustum, cœpit canticum Iehouæ, & cum tubis, & per manus instrumentorum Dauidis Regis Iŵfraxelis.
- 28 Vniuersus verò cœtus adorabât, dominus autem cantici canebat, ac dominus tubarum clangebat, totumque illud perseuerabat donec perficeretur holocaustum.
- 29 Quumque perfecissent offerre, incuruauerunt se Rex atque omnes qui inuenti sunt cum eo, & adorauerunt.
- 30 Tum præcepit Iehizciahu Rex & principes Leuitis vt laudarent Iehouam verbis Dauidis & Aŵsaph Videntis: laudauerunt itaque vsque ad lætitiã, incuruaueruntque se atque adorauerunt.
- G** 31 Posthæc loquutus Iehizciahu dixit, Nunc implestis manum vestram Iehouæ: accedite & adducite victimas, & laudes in domum Iehouæ. Attulerunt itaque congregatio victimas, & laudes, omnis quoque voluntarius corde attulit holocausta.
- 32 Fuit autem numerus holocaustorum quæ attulerunt congregatio, boues septuaginta, arietes centum, agni ducenti: in holocaustum Iehouæ fuerunt omnia hæc.
- 33 Sanctificationes verò fuerunt boues sexcenti, & pecudum tria millia.
- 34 Veruntamen Sacerdotes pauciores erant quàm qui possent excoriare omnia holocausta: propterea iuuarunt eos fratres eorum Leuitæ, donec cõsummaretur opus, ac donec sanctificarent sese alij Sacerdotes. Leuitæ enim erant recti corde ad sanctificandum se præ Sacerdotibus.
- 35 Præterea fuit holocaustorum ingens copia cum adipibus pacificorum, & libaminibus ad holocaustum: & præparatum est ministerium domus Iehouæ.
- 36 Lætatus est itaque Iehizciahu, atque vniuersus populus, quòd præparasset Deus populum, quia derепente fuit res illa.
- CAPVT XXX.
- 2 Phasæ iussu Ezechie celebratur. 6 Exhortatio ad Iŵfraxelem vt reuertatur ad Deum. 8 Manus tradere Deo. 10 Irrident Iŵfraxelitæ exhortantem Regem vt ad Deum conuertantur. 12 Cor cõuertit Deus. 14 Congregantur multi ad celebrandum Phasæ. 19 Ezechias orat pro populo non sanctificato. 27 Benedicunt Leuitæ populo.
- M**isit autem Iehizciahu ad vniuersum Iŵfraxelem & Iehudáh, & etiã episto-
- las scripsit ad Ephraim & Menassêh, vt venirent in domum Iehouæ in Ierusalaim, vt facerent Pésanah Iehouæ Deo Iŵfraxelis.
- 2 Consilium autem ceperat Rex & principes eius, vniuersusque cœtus in Ierusalaim, vt facerent Pésanah mense secundo.
- 3 Non enim poterant facere illud tempore ipso, quia Sacerdotes non erant sanctificati ad sufficientiam, neque populus erat congregatus in Ierusalaim.
- 4 Et placuit hæc res in oculis Regis & in oculis totius cœtus.
- 5 Et constituerunt vt præconis voce diuulgaret per vniuersum Iŵfraxelem à Beker-ŵsebáy vsque Dán, vt venirent ad faciendum Pésanah Iehouæ Deo Iŵfraxelis in Ierusalaim: quia non multo iam tempore fecerant Pascha, sicut scriptum est.
- 6 Profecti sunt itaque cursores cum epistolis de manu Regis, & principum eius in vniuersum Iŵfraxelem & Iehudáh, cum mado Regis, huiusmodi, Filij Iŵfraxelis reuertimini ad Iehouam Deum Abraham, Iŵsahác, & Iŵfraxelis: & conuertetur ad eos qui euaserunt vobis è manu Regum Assur.
- 7 Et ne sitis sicut patres vestri & fratres vestri qui præuaricati sunt in Iehouam Deum Patrũ suorum: propterea tradidit eos in desolationem, quemadmodum vos cernitis.
- 8 Nunc ergo ne induretis ceruicem vestram, sicut patres vestri, date manum Iehouæ, & venite ad Sanctuarium eius quod sanctificauit in seculum, & seruite Iehouæ Deo vestro, & auerteretur à vobis ira furoris eius.
- 9 Si enim reuersi fueritis ad Iehouam, fratres vestri & filij vestri misericordiam consequentur coram illis qui captiuos duxerunt eos, vt reuertantur ad terram istam: quoniam clemens & misericors est Iehouáh Deus vester, nec auertet faciem à vobis si reuersi fueritis ad ipsum.
- 10 Cursores autem illi transibant de ciuitate in ciuitatem per terram Ephraim & Menassêh, vsque ad Zebulún: isti irridebant eos, & subfannabant.
- 11 Veruntamen viri quidam de Asser & Menassêh & Zebulún humiliauerunt se, & venerunt in Ierusalaim.
- 12 In Iehudáh quoque fuit manus Dei, vt daret eis cor vnum ad faciendum præceptum Regis & principum iuxta verbum Iehouæ.
- 13 Congregati sunt itaque in Ierusalaim populus multus, vt facerent solennitatem infermentatorum mense secundo, cœtus inquam multus valde.
- 14 Surrexerunt autem, & remouerunt altaria quæ erant in Ierusalaim: omnia quoque altaria suffimenti remouerunt, ac proiecerunt in torrentem Cidron.
- 15 Posthæc immolauerunt Pésanah quartadecima mensis secundi: Sacerdotes autem illi & Leuitæ, pudore suffusi sanctificauerunt se, & adduxerunt holocausta in domum Iehouæ.
- 16 Steteruntque in statione sua secundum morem suum, secundum Legem Mowseh viri Dei: & Sacerdotes spargebant sanguinem de manu Leuitarum.
- 17 Quia multi erant in cœtu qui non sanctificauerant se, idcirco Leuitæ erant super immolatione

II. Paralip.

ב רברי הימים ב 315

latione victimarū Pésanh pro omnibus mundis ad sanctificandum Iehouæ.

- 18 Multitudo nanque populi, multitudo ex Ephraim & Menasséh, Issachár & Zebulón non mundauerant se, attamen comederunt Pésanh, non iuxta id quod scriptum est: sed orauit Iehizciahu pro eis, dicendo, Iehouáh bonus expiet eum.
- 19 Qui totum cor suū parauit vt requirat Deū, Iehouam Deum Patrum suorum, quanuis nō sit purificatus iuxta purificationem sanctam.
- 20 Exaudiuit autem Iehouáh Iehizciahu, & sanauit populum.
- 21 Fecerunt itaque filij Iisrahel qui inuenti sunt in Ierusaláim, solennitatem in fermentatorum septem diebus cum lætitia magna, & laudabant Iehouam singulis diebus Leuitæ, Sacerdotes quoque cum instrumentis fortitudinis Iehouam.
- 22 Loquutus est autem Iehizciahu ad cor omnium Leuitarum intelligentium intellectū bonum ipsi Iehouæ, & comederunt sacrificia solennitatis septem diebus, immolantes victimas pacificorum, & confitentes Iehouæ Deo Patrum suorum.
- 23 Inierunt autem vniuersus cœtus consilium vt facerent septem diebus aliis: feceruntque septem diebus cum lætitia.
- 24 Nam Iehizciahu Rex Iehudáh obtulit cœtui mille tauros, & septem millia ouium: principes verò obtulerunt cœtui tauros mille, & ouium decem millia. sanctificauerant autem se Sacerdotes quamplurimi.
- 25 Lætati sunt itaque vniuersus cœtus Iehudáh, & Sacerdotes, ac Leuitæ, vniuersaque congregatio quæ venerat de Iisrahel, & peregrini qui venerant de terra Iisrahel, atque habitantes in Iehudáh.
- 26 Fuitque lætitia magna in Ierusaláim: quia à diebus Selomóh filij Dauidis Regis Iisrahel non fuit tale aliquid in Ierusaláim.
- 27 Posthæc surrexerunt Sacerdotes Leuitæ, & benedixerunt populo: exauditaque est vox eorum, & venit oratio eorum ad habitaculum sanctitatis eius ad cælum.

C A P V T X X X I.

- 1 Celebrato Phasē populus simulachra, lucos, & excelsa demolitur.
2 Consteri & laudare Deum. 4 Sacerdotibus dari iubet decimas vt verbo Dei liberius vacent. 5 Decimarum ingens multitudo. 20 Exchias toto corde querens Deum, prospera experitur.

- 1 **Q**um autem perfecissent totū hoc, egressi sunt vniuersus Iisrahel qui inuenti fuerant in vrbibus Iehudáh, & fregerunt statuas, & succiderunt lucos, & demoliti sunt excelsa, atque altaria de vniuerso Iehudáh, & Biniamin, in Ephraim quoque & Menasséh, donec absoluissent: postea reuersi sunt omnes filij Iisrahel, quisque ad possessionem suam in vrbes suas.
- 2 Porro Iehizciahu constituit diuisiones Sacerdotum & Leuitarum iuxta diuisiones eorum: quemque secundum ministerium suum, Sacerdotes & Leuitas, ad holocaustum & pacifica, vt ministrarent, & gratias agerent, & laudarent in portis castrorum Iehouæ.
- 3 (Portio autem Regis, de substantia eius erat ad offerendum holocausta, holocausta inquam mane ac vespere, itē holocausta sabbathis, ac Ca-

lendis & solennitatibus, sicut scriptum est in Lege Iehouæ.)

- 4 Et præcepit populo, habitatoribus Ierusaláim, vt darent portionem Sacerdotibus & Leuitis, vt confortarentur in Lege Iehouæ.
- 5 Quumque multiplicata esset res ista, multiplicauerunt filij Iisrahel primitias frumenti, vini, & olei, & mellis, & omnis prouentus agri, atque decimam omnium in copia adduxerunt.
- 6 Filij quoque Iisrahel & Iehudáh qui habitabant in vrbibus Iehudáh, etiam ipsi decimas boum & ouium, atque decimas sanctitatum quæ sanctificatæ erant Iehouæ Deo suo, adduxerunt, & posuerunt aceruatim.
- 7 Mense tertio cœperunt aceruos illos fundare, & mense septimo absoluerunt.
- 8 Venientes autem Iehizciahu, & principes, viderunt aceruos, & benedixerunt Iehouæ, & populo eius Iisraheli.
- 9 Interrogauit verò Iehizciahu Sacerdotes & Leuitas de aceruis.
- 10 Cui respódens Azariáh Sacerdos primus de domo Sadóc, dixit, Ex quo cœperunt oblationes inferre ad domum Iehouæ, comedimus, & saturati sumus, & reliquimus in magna copia: quia Iehouáh benedixit populo suo, & multitudini huic quæ residua erat.
- 11 Insiit autem Iehizciahu vt pararent gazophylacia in domo Iehouæ, & parauerunt.
- 12 Intulerunt igitur primitias, & decimas, & sanctificata fideliter, & super ea erat dux Chonaniahu Leuita, & Simyí frater ei⁹ secūdus:
- 13 Iehizciahu autem, & Azariahu, & Nanhath, & Ahsahel, & Ierimóth, & Iozabád, & Elihé, & Ismahiahu, & Manhath, & Benaiahu præpositi erant de manu Chonaniahu, & Simyí fratris eius secundum imperiū Iehizciahu Regis, & Azariahu ducis domus Dei.
- 14 Coré verò filius Imnáh Leuites ianitor ad Orientem erat super spóte oblata Deo, vt daret primitias Iehouæ, & sanctificationes sanctificationum.
- 15 Ad manū autem eius, Edén, & Miniamín, & Iesuay, & Semayiahu, Amariahu, & Sechaniahu in ciuitatibus Sacerdotum, cū fide, vt darét fratribus suis iuxta diuisiones, vt magno sic paruo:
- 16 Præterquam progeniei eorum in masculis, à filio trium annorum & supra, omni ingredienti domum Iehouæ, rem diei in die suo, secundum ministerium eorum, secundum obseruationes eorum, in diuisionibus suis.
- 17 Vt darent inquam progeniei Sacerdotum per domum patrum suorum, & Leuitarum, à filio viginti annorum & supra, secundum obseruationes suas, in diuisionibus suis:
- 18 Et progeniei in cunctis paruulis eorum, vxoribus eorum, & filiis eorum, & filiabus eorum, omni cœtui: quia fide illorum sanctificabant sese in sanctitate.
- 19 Filiis quoque Aharón Sacerdotibus qui erant in agris suburbanis vrbium suarum, in singulis ciuitatibus: viri qui expressi sunt per nomina, vt darent partes omni masculo, in Sacerdotibus, & omni progeniei in Leuitis.
- 20 Ad hunc modum autem fecit Iehizciahu in vniuerso Iehudáh: fecitque quod bonū erat & rectum ac verum coram Iehoua Deo suo.

21 Et in omni opere quod cepit in ministerio domus Dei, & in Lege, & præcepto, vt requireret Deum suum: toto corde suo fecit, & prosperè illi celsit.

CAPVT XXXII.

1 Sennacherib inuadit Iudam. 7 Ezechias paratis omnibus in aduersarios, adhortatur populum ad fiduciam in Deum. 9 Sennacherib per nuntios conatur auertere populum à fiducia in Deum. 14 Blasphemia Sennacherib. 20 Oratio Ezechie & Esaiæ. 21 Angelus Assyrios percutit. Sennacherib à filio suo occiditur. 24 Aegrotat Ezechias. 25 Ezechias ingratus in Deum. 27 Diues Ezechias. 31 Derelictus à Deo Ezechias, tētātusque, & quare. 33 Mortuo Ezechia, regnat Manasse.

4. Re. 18. c. 13
Esa. 36. d. 1
Eccl. 48. c. 19

- 1 **P**ost hæc & veritatem eorum, venit Sannherib Rex Assur, & ingressus est Iehudáh, castrametatusque est cōtra ciuitates munitas: & dixit se perruprum eas sibi.
- 2 Quum autem vidisset Iehizciahū quod venisset Sannherib, & quod facies eius esset ad bellum contra Ierusalaim:
- 3 Consilium cepit cum principibus suis ac potentibus suis, vt obturarent aquas fontium qui erant extra ciuitatem: & adiuerunt eum.
- 4 Congregati itaque populus multus obturauerunt omnes fontes, & torrentem inundantem in medio terræ, dicendo, Qua de causa venient Reges Assur, & inuenient aquas multas?
- 5 Confortatusque est, & ædificauit omnem murum dirutum, & reparauit tures, & foris murum alterum: roborauit & Millō in Ciuitate Dauidis: fecit præterea gladios valde multos, & clypeos.
- B 6 Posuit item principes bellorum super populum: & congregauit eos ad se ad plateam portæ vrbis, loquutusque est ad eos, dicendo,
- 7 Confortamini, & roboremur: ne timeatis, & ne paueatis à facie Regis Assur, & à facie vniuersæ multitudinis quæ est cum eo: quia nobiscum plures sunt quàm cum illo.
- 8 Cum ipso est brachium carneum, nobiscum verò est Iehouah Deus noster vt adiuuet nos, & gerat bella nostra. Et innixus est populus verbis Iehizciahū Regis Iehudáh.
- 9 Post hæc misit Sannherib Rex Assur seruos in Ierusalaim (ipse autem erat contra Lachis, & omne regnum eius erat cum illo) ad Iehizciahū Regem Iehudáh, & ad vniuersum Iehudáh qui erat in Ierusalaim, dicendo,
- C 10 Sic dixit Sannherib Rex Assur, In quos confiditis, & manetis in obsidione in Ierusalaim?
- 11 Nōne Iehizciahū seducit vos, vt tradat vos ad moriendum fame & siti, dicendo, Iehouah Deus noster eruet nos è manu Regis Assur?
- 12 Annō ipse Iehizciahū abstulit excelsa ei, & altaria eius: dixitque ipsi Iehudáh, & Ierusalaim, hoc modo, Coram altari vno adorabitis, & super illud suffietis?
- 13 An nescitis quid fecerim ego & patres mei omnibus populis terrarum? nunquid potuerunt dii gentium terrarum eruere terram suam è manu mea?
- 14 Quis fuit inter vniuersos deos gentium illarum quas occiderunt patres mei, qui potuerit eruere populum suum è manu mea, vt possit Deus vester eruere vos è manu mea?

15 Nunc ergo ne seducat vos Iehizciahū, nec persuadeat vobis simile, neque credatis ei. si non potuit vllus deus vniuersæ gentis & regni eruere populum suum è manu mea, & è manu patrum meorum, quanto minus dii vestri non eruent vos è manu mea?

16 Adhuc item loquuti sunt serui eius contra Iehouam Deum, & contra Iehizciahū seruum eius.

17 Epistolas insuper scripsit, probris afficiendo Iehouam Deum Iſrahel, & loquendo contra eum, ad hunc modum, Sicut dii gentium terrarum qui non eruerunt populum suum è manu mea, sic nō eruet Deus Iehizciahū populum suum è manu mea.

18 Clamabant autem voce magna Iehudaicè contra populum Ierusalaim, qui erat super murum, ad terrendum eos, & ad perturbandū eos, vt caperent vrbem.

19 Et loquuti sunt contra Deum Ierusalaim, sicut contra deos populorum terræ, opus manuum hominis.

20 Tunc orauit Iehizciahū Rex, & Iesayaiahū filius Amōys Prophetæ ob hoc, vociferatique sunt in cælum.

21 Et misit Iehouah Angelū qui excidit omnē potentem exercitus, & ducem, & principem in castris Regis Assur, reuersusque est cum rubore vultus in terram suam: ingressus autē aedē dei sui, qui egressi erant è visceribus eius, ibi interemerunt eum gladio.

22 Seruauit itaq; Iehouah Iehizciahū & habitatores Ierusalaim è manu Sannherib Regis Assur, & è manu omnium aliorum, & deduxit eos à circuitu.

23 Et multi afferebant munera Iehouæ in Ierusalaim, dona quoque pretiosa Iehizciahū Regi Iehudáh: & exaltatus est in oculis omnium Gentium post hæc.

24 In diebus illis egrotauit Iehizciahū vsque ad mortem, tunc orauit ad Iehouam, ac dixit illi: & portentum dedit ei.

25 At non iuxta retributionem sibi factam respondit Iehizciahū: eleuatum est enim cor eius, & fuit contra eum ira, & contra Iehudáh & Ierusalaim.

26 Humiliauit autem se Iehizciahū ab elatione cordis sui, ipse & habitatores Ierusalaim, & non venit super eos ira Iehouæ in diebus Iehizciahū.

27 Fuerunt præterea ipsi Iehizciahū diuitiæ, & gloria multa valde: thesauros nanque argenti fecit sibi, & auri, & lapidum pretiosorum, & aromatum, & clypeorum, omniumque vasorum concupiscibilium:

28 Et apothecas fructus, frumenti, & vini, & olei, & stabula singulis animantibus, & ordines stabulis.

29 Vrbes quoque fecit sibi, & possessionem pecudum, & boum in multitudine: dedit enim ei Deus opes quàm maximas.

30 Ipse insuper Iehizciahū obturauit scaturiginem aquarum Gihon superiorem, & rectora deduxit eas subter ad Occidentem Ciuitatis Dauidis, & prosperatus est Iehizciahū in omnibus operibus suis.

31 Attamen propter legatos principum Babel missos ad eum, vt quærerent de portæto quod factum erat in terra, dereliquit eum Deus, vt tentaret

4. Reg. 20. d. 1
Esa. 38. d. 1

F

II. Paralip.

דברי הימים ב 317

tentaret eum, vt scirent omnia quæ erant in corde eius.

32 Reliquum autem verborum Ierhizciahû & misericordiarum eius, ecce scripta sunt in visione Iesayaiahû filij Amôys prophetæ, & in libro Regum Iehudâh & Iſrahel.

33 Dormiuit autem Ierhizciahû cû patribus suis, & sepelierunt eum in excelso sepulchrorum filiorum Dauidis, & honorem fecerunt ei in morte eius vniuersus Iehudâh, & habitatores Ierusalaim: regnauitque Menassêh filius eius pro eo.

CAPVT XXXIII.

2 Manassê instaurat excelsa, quæ demolitus fuerat Eschias. 5 Duo atria. 11 Manassê ducitur captiuus in Babylonem, & quare. 12 Afflictus Manassê, sine intermissione orâs, exauditur. 16 Immolat Manassê victimas & laudes. Seruire Deo. 19 Oratio Manassê. 20 Mortuo Manassê, regnat Amôn impius. 24 Interficiuntur à seruis suis. 25 Iosias constituitur Rex.

4. Reg. 21. 4. 1 **D**odecim annorû erat Menassêh quî regnare cœpit, & quinquaginta quinque annis regnauit in Ierusalaim.

2 Fecit autem malum in oculis Iehouæ iuxta abominationes Gentium quas expulerat Iehouâh à facie filiorum Iſrahel.

3 Reædificauit nanque excelsa quæ diruerat Ierhizciahû pater eius: & crexit aras ipsis idolis, fecitque lucos, & adorauit vniuersam militiam cæli, & seruiuit eis.

4 Extruxit deinde altaria in domo Iehouæ, de qua dixerat Iehouâh, In Ierusalaim erit nomen meum in seculum.

5 Ædificauit quoque altaria vniuersæ militiæ cæli in duobus atrijs domus Iehouæ.

6 Et traduxit filios suos per ignem in valle filij Hinnôm: & obseruabat tempora, atque augurabatur, & diuinationibus operam dabat, fecit & pythonem & magos: multa mala designauit in oculis Iehouæ vt irritaret eum.

7 **P**osuit insuper sculptile simulachri quod fecerat, in domo Dei, de qua dixerat Deus Dauidi & Salomôh filio eius, In domo hac & in Ierusalaim quam elegi præ cunctis tribubus Iſrahel, ponam nomen meum in seculum.

2. Reg. 7. b. 10
3. Reg. 8. b. 16

8 Nec addam auferre pedem Iſrahel à terra quam constitui Patribus eorum: ita duntaxat si obseruauerint facere omnia quæ præcepi eis, omnem nempe Legem, & statuta, & iudicia per manum Moysêh.

9 Errare itaque fecit Menassêh ipsum Iehudâh & habitatores Ierusalaim, vt facerét malum præ Gentibus quas perdiderat Iehouâh à facie filiorum Iſrahel.

10 Loquutus est autem Iehouâh ad Menassêh & ad populum eius: at non attenderunt.

11 Adduxit igitur Iehouâh cõtra eos principes exercitus qui erant Regi Assûr, qui ceperunt Menassêh compedibus, & vinxerunt eum catenis duabus, & deduxerunt eum in Babel.

12 **Q**uum verò angustiis esset affectus, orauit faciem Iehouæ Dei sui, & humiliavit se valde à facie Dei Patrum suorum.

13 Orauitque ad eum, & exorabilis fuit ei, exaudiuitque deprecationem eius, & reduxit eum in Ierusalaim in regnum suum: tum cognouit Menassêh quod Iehouâh ipse esset Deus.

14 Et post hæc ædificauit murum exteriorem Ciuitati Dauidis ad Occidentem Gihôn in

valle, & ad introitum portæ Piscium, & circumdedit muro Ophêl, & exaltauit eum valde, posuit quoque principes exercitus in cunctis ciuitatibus munitis in Iehudâh.

15 Abstulit post hæc deos alienigenæ, & simulachrum è domo Iehouæ, & omnes aras quas ædificauerat in monte domus Iehouæ & in Ierusalaim, & proiecit extra urbem.

16 Reparauit & altare Iehouæ, immolauitque super illud victimas pacificorum & gratiarum actionis, præcepitque ipsi Iehudâh vt seruiret Iehouæ Deo Iſrahel.

17 Attamen adhuc populus immolabat in excelsis, duntaxat Iehouæ Deo suo.

18 Reliquum autem verborum Menassêh, & oratio eius ad Deum suum, & verba Videntium qui loquebantur ad eum in nomine Iehouæ Dei Iſrahel, ecce ea scripta sunt in verbis Regum Iſrahel.

19 Oratio autem eius, & quomodo exorabilis fuit ei Deus, & omne peccatum eius, & præuaricatio eius, & loca in quibus ædificauerat excelsa, & statuerat lucos, & sculptilia antequam humiliaret se, ecce ea scripta sunt in verbis nHozai.

20 Dormiuitque Menassêh cû patribus suis, & sepelierunt eum in domo sua, regnauitque Amôn filius eius pro eo.

21 Vigintiduum annorum erat Amôn quum regnare cœpit, & duobus annis regnauit in Ierusalaim.

22 Et fecit malum in oculis Iehouæ, quemadmodum fecerat Menassêh pater eius: cunctis nanque sculptilibus quæ fecerat Menassêh pater eius, immolauit Amôn, & seruiuit eis.

23 Nec humiliavit se coram Iehoua, quemadmodum humiliauerat se Menassêh pater eius, sed ipse Amôn multiplicauit delictum.

24 Coniurauerunt autem contra eum serui eius, & interfecerunt eum in domo sua.

25 Percusserunt verò populus terræ omnes qui coniurauerant contra Regem Amôn, & Regem constituerunt Ixoussiahû filium eius pro eo.

CAPVT XXXIIII.

2 Iosias pius. 3 Iosias querens Deum, idola subuertit. 8 Iubet instaurari templum Domini. 14 Deuteronomium reperitur in templo. 19 Rex, audito Deuteronomio, magno terrore concussus, consulit Deum per Prophetidem. 23 Oide prophetidus responsio. 27 Fletus Regis. 30 Iosias legit Deuteronomiũ coram vniuerso populo. 32 Percutit fœdus coram Domino.

1 **O**cto annorum erat Ixoussiahû quum regnare cœpit, ac triginta & vno anno regnauit in Ierusalaim.

4. Reg. 22. 4.

2 Is fecit rectum in oculis Iehouæ, & ambulauit in viis Dauidis patris sui, nec declinauit ad dexteram, aut ad sinistram.

3 Octauo autem anno regni sui, quum ipse adhuc puer esset, cœpit requirere Deum Dauidis patris sui: duodecimo verò anno cœpit mundare Iehudâh & Ierusalaim ab excelsis, & lucis, & simulachris, & sculptilibus.

4 Destrueruntque coram eo aras idolorum ipsorum: & simulachra quæ erant super eis, demoliri fecit: lucos quoque & simulachra, & sculptilia contriuit ac comminuit, sparsitque illa super superficiem sepulchrorum illorum qui immolauerant eis.

- 5 Et ossa Sacerdotum combussit super altaria ipsorum, mundauitque Iehudáh & Ieruſaláim:
- 6 In vrbibus quoque Menawſſéh, & Ephráim, & Simyon, vsque ad Naphthalí, malleis suis per circuitum.
- 7 Demolitus est itaque altaria, & lucos, & simulachra contriuit comminuendo, & omnia simulachra excidit in vniuersa terra Iſraēlis: postea reuersus est Ieruſaláim.
- 8 Anno autem decimo octauo regni sui, postquam mundauit terram, & domum, misit Saphán filium Azſaliáhu, & Mayawſeiáhu principem ciuitatis, & Ioánh filium Ioanház a cōmentariis, ad instaurandum domum Iehouæ Dei sui.
- 9 Venerūt itaque ad Hilciáhu Sacerdotem magnum, & dederunt argentum illatum in domum Dei, quod congregauerant Leuitæ custodes liminis de manu filiorum Menawſſéh & Ephráim, & de vniuerso residuo Iſraēlis, & ab vniuerso Iehudáh ac Biniamín, & reuersi erant Ieruſaláim.
- 10 Tradiderunt inquam manui facientium opus, qui præfecti erant in domo Iehouæ, qui tradiderunt illud factoribus operis, qui operabantur in domo Iehouæ ad faciendas ruinas, & ad instaurandam domum.
- 11 Et dederunt artificibus & cémentariis vt emerent lapides excisos, & ligna ad commissuras, & ad contignandas domos quas destruxerant Reges Iehudáh.
- 12 Viri autem illi operabantur fideliter in ipso opere: & super eos constituti erant Iánhath & Obadiáhu Leuitæ de filiis Merari: & Zechariáh & Mewſullám de filiis Cehathitarum ad vrgendum: & de Leuitis omnis intelligens in instrumentis musicis.
- 13 Erant & super baiulos, & qui vgebant omnē facientem opus in quolibet opere: de Leuitis autem erant Scribæ, & præfecti, & ianitores.
- 14 Porro quum educerent argentum quod illatum fuerat in domum Iehouæ, reperit Hilciáhu Sacerdos librum Legis Iehouæ late per manum Mowſéh.
- 15 Loquutus est autem Hilciáhu, dixitque ad Saphán scribam, Librum Legis reperi in domo Iehouæ. Et tradidit Hilciáhu librum ipsi Saphán.
- 16 Attulit autem Saphán librum ad Regem, atque etiam retulit Regi rem, dicendo, Quicquid datum fuit in manu seruatorum tuorum, ipsi faciunt.
- 17 Conſtauerunt nanque argentum quod inuentum est in domo Iehouæ, & tradiderunt illud in manum præpositorum, & in manum facientium opus.
- 18 Indicauit præterea Saphán scriba Regi, dicendo, Librum dedit mihi Hilciáhu Sacerdos. & legit in eo Saphán coram Rege.
- 19 Fuit autem, quum audisset Rex verba Legis, scidit vestimenta sua.
- 20 Præcepitque rex Hilciáhu & Anhicám filio Saphán, atque Abdón filio Micháh, & Saphán scribæ, & Awſaiáh seruo suo, dicendo,
- 21 Ite, cōſulite Iehouam pro me, & pro residuo in Iſraēle & in Iehudáh, super verbis libri qui repertus est: quoniam magnus est furor

- Iehouæ, qui stillauit in nos, eo quòd non estodierunt patres nostri verbum Iehouæ, vt facerēt iuxta ónia quæ scripta sunt in libro hoc.
- 22 Abiit itaque Hilciáhu, & qui erant Regis, ad Huldáh prophetissam, vxorē Sallúm filij Thecuáh, filij Haſſrah custodis vestium: (ipsa autē habitabat in Ieruſaláim in domo doctrinæ:) & loquuti sunt ad eā huiusmodi.
- 23 Illa dixit eis, Sic dixit Iehouáh Deus Iſraēlis, Dicite viro qui misit vos ad me,
- 24 Sic dixit Iehouáh, En ego adduco malum super locum istum, & super habitatores eius, id est omnia maledicta quæ scripta sunt in libro quem legerunt coram Rege Iehudáh:
- 25 Eo quòd dereliquerunt me, & suffuerunt diis alienis, vt irritarent me in cunctis operibus manuum suarum: & stillabit furor meus in locum istum, nec extinguetur.
- 26 Ad Regem autē Iehudáh qui mittit vos ad requirendum Iehouam, sic dicetis, Sic dixit Iehouáh Deus Iſraēlis, Verba quæ audisti:
- 27 Propterea quòd emollitum est cor tuum, & humiliasti te à facie Dei, quum audires verba eius contra locum istum, & contra habitatores eius, humiliasti inquam te coram me, & rupisti vestimenta tua, ac fleuisti coram me: ego quoque exaudiui te, dixit Iehouáh.
- 28 Ego nanque colligam te ad patres tuos, & congregaberis ad sepulchra tua in pace, nec videbunt oculi tui vniuersum malū quòd ego adducturus sum contra locum istum, & contra habitatores eius. Retulerunt itaque Regi verbum.
- 29 Tum misit Rex, congregauitque omnes Seniores Iehudáh & Ieruſaláim:
- 30 Atque ascendit in domum Iehouæ, & omnes viri Iehudáh, habitatoresque Ieruſaláim, nempe Sacerdotes, & Leuitæ, & vniuersus populus à magno vsque ad paruum: & legit in auribus eorum omnia verba Libri fœderis qui repertus fuerat in domo Iehouæ.
- 31 Constitit autem Rex in statione sua, percussitque fœdus coram Iehoua, quòd ambularet post Iehouam, & custodiret præcepta eius, ac testimonia eius, statutaque eius toto corde suo, & tota anima sua, facerētque verba fœderis quæ scripta erant in libro illo.
- 32 Et stare fecit pacto omnes qui reperti sunt in Ieruſaláim & Biniamín: feceruntque habitatores Ieruſaláim iuxta pactum Dei, Dei inquam Patrum suorum.
- 33 Remouit autem Iehouáh omnes abominaciones de vniuersis terris quæ erant filiorum Iſraēlis, & coegit omnes qui reperti sunt in Iſraēle, seruire Iehouæ Deo suo: cunctis diebus eius non recesserunt à tergo Iehouæ Dei Patrum suorum.
- CAPVT XXXV.
- 1 Iofias celebrat Phasē. 20 Iofias nolens acquiescere Necho Regi, verba Dei loquenti, vulneratus interit. Populus luget Iofiam.
- 1 Fecit præterea Iehouáh in Ieruſaláim Pécſanh Iehouæ, quòd immolauerūt decima quarta mensis primi.
- 2 Et constituit Sacerdotes in custodiis suis, quos cōfirmavit in ministerio domus Iehouæ.
- 3 Dixitque Leuitis qui erudiebāt vniuersum Iſraēlem, & qui consecrati erant Iehouæ, Ponite arcam sanctitatis in domo quam ædificauit

4. Reg. 23. 24

G

4. Reg. 23. 24

4. Reg. 23. e. 24
3. Esdr. 1. 4. 1

ficavit *¶* Selomóh filius Davidis Rex Iſra-
 xelis: non erit vobis onus in humero: nunc er-
 go seruite Iehouæ Deo vestro, & populo eius
 Iſraēli:

4 Et præparate vos per familias vestras, per
 classes vestras, secundum quod scripsit David
 Rex Iſraēlis, & secundum scripturam *¶* Se-
 lomóh filij eius:

5 Ac state in Sanctuario secundum classes fa-
 miliarum fratrum vestrorum filiorum popu-
 li, & secundum diuisionem domus patris Leui-
 tarum:

6 Et immolate Pésanh, ac sanctificate vos, &
 præparate fratres vestros, vt faciatis iuxta ver-
 bum Iehouæ *traditum* per manum Mowséh.

7 Largitus est autem Ixowſiáhu filiis popu-
 li, oues, agnos, & filios caprarum, omnia pro
 victimis Pésanh, omni qui repertus est, ad
 numerum triginta millium, & boum tria mil-
 lia, ista de substantia ipsius Regis.

B 8 Principes quoque eius sponte, populo, Sa-
 cerdotibus, & Leuitis largiti sunt: *¶* Hilciáhu,
 & Zechariáhu, & Ierhixél principes domus
 Dei Sacerdotibus dederunt in victimas Pé-
 sanh duo millia pecudum & sexcenta, ac bo-
 ues trecentos.

9 Chonaniáhu autem & *¶* Semayaiáhu, & Ne-
 thanxél fratres eius, & *¶* Hawsabiáhu, & Ie-
 whixél, & Iozabád, principes Leuitarum, lar-
 giti sunt Leuitis pro victimis Pésanh quinq;
 millia pecudum, & boues quingentos.

10 Præparato itaque ministerio, steterunt Sa-
 cerdotes in statione sua, & Leuitæ in clasibus
 suis, iuxta præceptum Regis:

11 Immolaueruntque Pésanh: asperferunt au-
 tem Sacerdotes *sanguinem* de manu eorum: Le-
 uitæ verò excoriabant ea.

12 Remouerunt autem de holocausto, vt darét
 ea secundum diuisiones domus familiarum fi-
 liorum populi, vt offerrent Iehouæ, sicut scri-
 ptum est in libro Mowséh: & sic de bobus.

13 Et assauerunt Pésanh igni de more solito:
 sanctificata autem elixauerunt in ollis, & ahe-
 nis, & leberibus, & porrexerunt cum celerita-
 te vniuersis filiis populi.

14 Posthæc verò parauerunt sibi & Sacerdoti-
 bus. nam Sacerdotes, filij *nempe* Aharón, in of-
 ferendis holocaustis & adipibus fuerunt *occu-
 pati* vsque ad noctem: Leuitæ igitur parauerunt
 sibi & Sacerdotibus filiis Aharón.

C 15 Cantores præterea filij Aôsaph erant in sta-
 tione sua, iuxta præceptum Davidis, & Aôsaph,
 & Hemán, & Ieduthún Videntis Regis. iani-
 tores autem in singulis portis. non licebat eis
 recedere à ministerio suo: quia fratres eorum
 Leuitæ parabant eis.

16 Paratum est itaque omne ministerium Iehouæ
 in die illa, vt celebrarent Pésanh, & offer-
 rét holocausta super altare Iehouæ, iuxta præ-
 ceptum Regis Ixowſiáhu.

17 Celebrarunt ergo filij Iſraēlis qui reper-
 ti sunt, Pésanh in tempore illo, & solennita-
 tem infermentatorum septem diebus.

18 Non est autem celebratú Pésanh simile in
 Iſraēle à diebus *¶* Semuxelis Prophetæ: sed
 nec omnes Reges Iſraēlis celebrarunt simi-
 le Pésanh *illi* quod fecit Ixowſiáhu, & Sacer-
 dotes & Leuitæ, vniuersusque Iehudáh ac Iſ-
 raél qui repertus fuerat, & habitatores Ieru-

ſaláim.

19 Decimo octauo autem anno regni Ixowſiá-
 hu factum est Pésanh hoc.

20 Post hæc omnia quum præparasset Ixowſi-
 áhu domum, ascendit Nechó Rex Ægypti, vt
 pugnaret in Charchemis, iuxta Peráth: procel-
 sit autem in occursum eius Ixowſiáhu.

21 Qui mittés ad eum legatos, dixit, Quid mi-
 hi & tibi Rex Iehudáh? non contra te hodie,
 sed contra domum belli mei: & Deus dixit vt
 festinarem: desine à Deo qui mecum est, ne
 perdat te.

22 Nô auertit autem Ixowſiáhu faciem suam
 ab eo, sed vt pugnaret cum eo, mutauit se, nec
 acquieuit verbis Nechó ex ore Dei: venit itaq;
 vt pugnaret in campo Megiddó.

23 Et iacula emiserunt sagittarij in Regé Ixo-
 wſiáhu: dixitque Rex seruis suis, Transferte
 me: quia æger factus sum valde.

24 Trástulerunt itaque eum serui eius de cur-
 rillo, & imposuerunt eum super currú secun-
 dum qui erat ei, deduxeruntque eum in Ieru-
 ſaláim: mortuusque est, ac sepultus in sepul-
 chris patrum suorum: & vniuersus Iehudáh
 & Ieruſaláim lugebat super Ixowſiáhu.

25 Lamentatus est quoq; Irmeiáhu super Ixo-
 wſiáhu: dixeruntq; omnes cantores & canta-
 trices in lamentationibus suis super Ixowſi-
 áhu vsque hodie, quas dederunt in statutum
 super Iſraēlem: ecce autem ea scripta sunt
 in lamentationibus.

26 Reliquum autem verborum Ixowſiáhu, &
 misericordiæ eius, sicut scriptum est in Lege
 Iehouæ,

27 Et res eius priores ac nouissimæ, ecce ipsa
 scripta sunt in libro Regum Iſraēlis & Ie-
 hudáh.

CAPVT XXXVI

1 Succedit Ioachaz, qui ducitur in Ægyptum. 3 Dimouetur de
 regno. 4 Constituitur Eliacim, qui & Ioacim. 6 Abductur
 in Babylonem. 8 Ioachin. 9 Ioachin abducto in Baby-
 lonem, surrogatur Sedecias. 15 Deum sollicitè momentè per nun-
 tios, contemnit populus. 17 Ierusalem & templum destruitur,
 & populus ducitur in Babylonem. 22 Cyrus remittit populum
 in Ierusalem.

1 ET tulerunt populus terræ Iehoanház fi-
 lium Ixowſiáhu, & Regem constituerunt
 eum pro patre suo in Ieruſaláim.

2 Vigintitrium annorú erat Iehoanház quan-
 do regnare cœpit, & tribus mensibus regna-
 uit in Ieruſaláim.

3 Et amouit eum Rex Ægypti ne regnaret in Ie-
 ruſaláim, & condemnauit terram centum ta-
 lentis argenti, & talento auri.

4 Regémque constituit Rex Ægypti *¶* Elia-
 cím fratrem eius super Iehudáh & Ieruſa-
 láim: & vertit nomé eius Iehoiacim: & Iehoan-
 ház fratrem eius tulit Nechó, adduxitque
 eum in Ægyptum.

5 Viginti quinque annorum erat Iehoiacim
 quum regnare cœpit, & vndecim annis regna-
 uit in Ieruſaláim, fécitque malum in oculis
 Iehouæ Dei sui.

6 Contra eum ascendit Nebuchadnersár Rex
 Babel, & vinxit eum cõpedibus duplicibus,
 vt deduceret eum in Babel.

7 De vasis quoque domus Iehouæ adduxit
 Nebuchadnersár in Babel, & posuit ea in tem-
 plo suo in Babel.

4. Reg. 23. f. 29

Zach. 12. d. 11

4. Reg. 23. f. 30

Matth. 1. b. 13

- B 8 Reliquum autem verborum Iehoiacim, & abominationes eius quas fecit, & quod inuentum est super eum, ecce scripta sunt in libro Regum Iſrahelis & Iehudáh: regnauitque Iehoiacim filius eius pro eo.
4. Re. 24. b. 8
Iere. 37. a. 1
9 Octo annorum erat Iehoiachin quum regnare cœpit, tribusque mensibus & decem diebus regnauit in Ierusaláim: & fecit malum in oculis Iehouæ.
- 10 In reuersione autem anni misit rex Nebuchadnêſâr, & adducere fecit eum in Babel cū vasis concupiscibilibus domus Iehouæ, & Regem constituit Sidciahū fratrem eius super Iehudáh & Ierusaláim.
- 11 Viginti & vnus anni erat Sidciahū quum regnare cœpit, & vndecim annis regnauit in Ierusaláim.
- Ierem. 52. a. 1
12 Et fecit malum in oculis Iehouæ Dei sui, nec humiliavit se à facie Irmeiahū Prophetæ loquentis ex ore Iehouæ.
- C 13 Quin & contra Regem Nebuchadnêſâr rebellauit, qui iurare fecerat eum per Deum, sed indurauit ceruicem suam, roborauitque cor suum non reuerti ad Iehouam Deum Iſrahelis.
- 14 Omnes etiam principes Sacerdotum & populus auxerunt præuaricationē iuxta omnes abominationes Gentium, & polluerunt domum Iehouæ quam sanctificauerat in Ierusaláim.
- 15 Idcirco misit Iehouáh Deus Patrum suorum ad eos per manum nuntiorum suorum, mane surgendo & mittendo: quia pepercit populo suo, & habitaculo suo.
- 16 At illi subsannabant nuntios Dei, & conte-

- mnebant verba eius, & errabant in Prophetis eius, donec ascenderet furor Iehouæ in populum eius, ita vt nulla esset curatio.
- 17 Ascendere enim fecit contra eos Regē Chaldim, qui occidit iuuenes eorum gladio in domo Sanctuarij eorum, nec pepercit iuueni, nec virgini, seni, & decrepito: omnes dedit in manum eius.
- 18 Omnia denique vasa domus Dei, magna & parua, & thesauros domus Iehouæ, thesaurusque Regis, & principum eius, omnia adduxit in Babel.
- 19 Et combusserunt domū Dei, destruxeruntque murum Ierusaláim, omnia quoque palatia eius combusserunt igni, omnia item vasa concupiscibilia eius, ad delendum.
- 20 Et quod reliquum fuit à gladio, transtulit in Babel: fueruntque ei, & filiis eius in seruos, quandiu regnauit regnum Parás:
- 21 Vt impleretur verbum Iehouæ predictum per os Irmeiahū, donec perficeret terra sabbatha sua: omnibus diebus quibus desolata fuit, quieuit, vt complerentur septuaginta anni.
- 22 Anno autē primo Chóreus Regis Parás, vt perficeretur verbum Iehouæ prolatum per os Irmeiahū, excitauit Iehouáh spiritum Chóreus Regis Parás, qui edictum promulgauit per vniuersum regnum suū, & etiam scripto, dicendo,
- 23 Sic dixit Chóreus Rex Parás, Omnia regna terræ dedit mihi Iehouáh Deus cæli, & ipse præcepit mihi vt ædificarem ei domum in Ierusaláim, quæ est in Iehudáh. quis inter vos de vniuerso populo eius? Iehouáh Deus suus sit cum eo, & ascendat.

D

Iere. 25. c. 13,
& 29. c. 10
Esd. 1. 4. 1

ORATIO MANASSÆ REGIS IYDA, QVVM CAPTVS teneretur in Babylone.

Domine omnipotens, Deus Patrum nostrorum, Abraham, & Isaac, & Iacob, & seminis eorum iusti, qui fecisti cælū & terram cū omni ornatu eorū, qui ligasti mare verbo præcepti tui, qui conclusisti abyssum, & obsignasti eā terribili & illustri nomine tuo: quæ omnia horrent, & tremunt à vultu virtutis tuæ: quia importabilis est magnificentia gloriæ tuæ, & insustentabilis ira comminationis tuæ super peccatores: immensa verò & inuestigabilis misericordia promissionis tuæ: quoniam tu es Dominus altissimus, benignus, longanimis, & multum misericors, & pœnitens super * malitias hominū. Tu Domine, secundum multitudinem bonitatis tuæ promissisti pœnitentiam & remissionem iis qui peccauerunt tibi: & multitudine miserationum tuarum decreuisti pœnitentiam peccatoribus in salutem. Tu igitur Domine Deus iustorum, nō posuisti pœnitentiam iustis, Abraham, & Isaac, & Iacob, iis qui tibi non peccauerunt: sed posuisti pœnitentiam super me peccatorem: quoniam peccaui super numerum arena maris. multiplicatæ sunt iniquitates meæ Domine, multiplicatæ sunt iniquitates meæ, & nō sum dignus qui defixis oculis intuear altitudinem cæli, præ multitudine iniquitatum mearum. incuruatus sum multo vinculo ferreo, vt non possim attollere caput meum, & non est relaxatio mihi: quia excitauit iracundiam tuam, & malum coram te feci: vt qui non fecerim voluntatem tuā, & madata tua non custodierim, statuerim abominationes & multiplicauerim offensiones. Et nūc flecto genu cordis mei, precans à te bonitatem. Peccaui Domine, peccaui, & iniquitates meas agnosco. Quare peto rogans te, remitte mihi Domine, remitte mihi: & ne simul perdas me cū iniquitatibus meis, neque in æternū iratus, reserues mala mihi, neque dānes me in intima terra loca: quia tu es Deus, Deus in quā pœnitentiū: & in me ostēdes omnē bonitatem tuā, quia indignum saluabis me secundum magnam misericordiā tuam, & laudabo te semper omnibus diebus vitæ meæ: quoniam te laudat omnis potentia cælorum, & tibi est gloria in secula seculorum. Amen.

* Id est, afflictiones.